

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + Refrain from automated querying Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

PPSTE ESED 5 H S ONCOME SHAPE

R 134 R91 1862

HIST



HISTORY OF MEDICINES





C. A. RUDOLPHI

RECENTIORIS AEVI

NUMISMATA

VIRORUM

DE

REBUS MEDICIS ET PHYSICIS

MERITORUM

MEMORIAM SERVANTIA

DENUO

EDIDIT EMENDAVIT ET AUXIT

CAROL, LUDOV, DE DUISBURG

DR. MED. ET CHIRURG. REGI A CONSIL. SANIT. SOCIET. NAT. CURIOS.
DANTISC. RT REGIOMONT. MEMBRUM.



DANTISCI SUMTIBUS THEODORI BERTLING

1862.

PARISIIS

HAAR ET STEINERT

PETROPOLI

R. SCHMITZDORFF Hibliop. Imp. Aul. Newsky Prospekt Haus Bosse.

6/263

VIRO CLARISSIMO

DR. AB OLFERS

REGI A CONSILIIS INTIMIS DIRECTORI MUSEORUM SUPREMO EQ. PLUR. ORD.

PERVETERIS AMICITIAE CAUSA GRATIQUE ANIMI ARGUMENTUM

HUNC LIBRUM

TRADERE VOLUIT

DR. DE DUISBURG.

·				
		•		
	·			
•				
•				
			•	
	•			
	•			
		• .		
	-			

Praefatio.

Index numismatum in virorum de rebus medicis vel physicis meritorum memoriam percussorum, quem C. A. Rudolphi primum a. 1823 edidit, bis tantum a. 1825 et 1829 ab eodem auctore foras datus est. Quare, praesertim quum accederet, ut quae postea in lucem prodiissent, nequaquam viris doctis probari possent, ego, qui et meam ipsius numismatum collectionem paullatim valde auxissem et amicorum opera consilioque saepe adjutus essem, non irritum me facturum speravi, si Rudolphii librum iterum edidissem. Ac de mea quidem opera, qui legerint, judicent; illis vero quod mihi potestas animum officiorum praestitorum memorem publice testandi facta est, mirifice gaudeo. Itaque Viris clarissimis ab Olfers, Tys, Friedlaender, Rüppell, Bolzenthal gratias ago maximas, quippe qui aut Berolini commoranti mihi magnae fuerint utilitati aut collectiones meas donis ornaverint.

Restat, ut rationem doceam, quam in hac editione mihi ineundam esse censui, quod eo minus mihi negligendum existimavi, quo magis a Rudolphio discrepat. Illum enim tantum secutus sum mores atque ingenia eorum describentem, quorum in honorem numismata signata sunt; nam brevis est in dicendo et, quae scripsit, ipsum virum aperiunt; reliqua longe alio modo institui.

Ac primum quidem quum de ordine in toto opere adhibendo cogitarem, ad annum, quo viri, de quibus agitur, e vita excesserint, omnia fere disponenda esse intellexi; etenim hunc annum et saepius inter omnes constare et post mortem viri auctoritatem actionemque cessare apparet. Attamen in jectonis enumerandis non eandem viam secutus sum; quibus a reliquis separatis decanatus, quo functi essent, annus aptior videbatur, qui respiceretur. Jam quod ad nationes pertinet, a quibus medici originem traxerunt, loci quo sedem ac domicilium collocaverant, ratio est habita: quod ut facerem, inprimis Slavi me impulerunt, quorum non pauci a peregrinis nationibus oriundi sint. Indices denique libro additi et medicorum physicorumque nomina continent et artificum, a quibus numismata confecta sunt; librorum quoque ad has res pertinentium mentio non est neglecta.

Duae tamen res sunt, in quibus excusatione non facile supersedeam. Neque enim in numismatis a me ipso non visis sed aliorum tantum descriptione cognitis meam interponere fidem potui, (quamobrem tantum eorum metallum nomine dixi, quae ut mea esse animadverti posset, asterisco designavi): et aliquoties, quum complures artificum, quamquam idem iis nomen fuit, huic non semper praenomen adjecerint, factum esse potuit, ut quaedam numismata perperam non recto auctori attributa sint.

Scr. Gedani a. d. XIX Cal. Januar. MDCCCLXII.

Siglorum explicatio.

- Altorf. Der Nürnbergischen Universität Altdorf Denkwürdigkeiten von Münzen, Steinen, Siegeln und Gefässen in 17 Kupfertafeln vorgestellt. Nürnb. 1765. fol.
- *Ampach. Numophylacii Ampachiani sectio I. II. Leipz. 1833. 2 voll. 8.
- *Appel. Appel, J., Repertorium zur Münzkunde des Mittelalters und der neuern Zeit. Mit Abbild. 4 Bde. Wien 1820— 1829. 8.
- *App. Bibl. Firm. Appendice alla Biblioteca Firmiana contenente la raccolta di medaglie d'uomini illustri. Mediolani 1783. 4.
- Balemann. Balemann, Ansehnliches Münz- und Medaillen-Kabinet. Hamburg 1780. 8.
- Bauer. Bauer's, G., auserlesene und nützliche Neuigkeiten für allerlei Münzliebhaber. M. Abbild. Nürnb. 1772. 4.
- *Beierlein. Beierlein, Medaillen auf ausgezeichnete und berühmte Baiern in Abbild. und mit histor.-biogr. Notizen. 1—4. Lief. München 1851—54. 8.
- *Bentk. Bentkowski, Spis Medalow Polskich lub dziejami polskiej stycznych. w Warszawie 1830. 8.
- Berch. Berch, C. R., Beskrifning öfver Svenska Mynt och Kongl. Skådepenningar. Upsala 1773. 4.
- *Bergm. Bergmann, Jos., Medaillen auf berühmte u. ausgezeichnete Männer des oesterreich. Kaiserstaates, vom XVI bis z. XIX Jahrhunderte. In treuen Abbild., mit biograhist. Notizen. 2 Bände. Wien 1844—57. 4.
- *Binder. Binder, Christ., Würtembergische Münz- und Medaillenkunde. Stuttgart 1846. 8.
- Biografia medica Piemontese. Torino 1824.

- *Biograph. med. Biographie médicale. 7 vols. Paris 1820— 1825. 8.
- *Biographie, nouvelle, générale. Publiée par M. M. Firmin Didot frères, sous la direction de M. le Dr. Hopfer. Paris 1852 sqq. 8.
- *Boehm. Med. Beschreibung der bisher bekannten boehmischen Privatmünzen und Medaillen. Herausgegeben von d. Verein für Numismatik in Prag. Mit Abbild. Prag 1852 sqq. 8.
- Bolzenth. Bolzenthal, H., Denkmünzen zur Geschichte Friedrich Wilhelm III in Abbild. m. Erläut. 2. Ausg. Berlin 1841. 8. tab. in 4.
- * Ejusdem Skizzen zur Kunstgeschichte der modernen Medaillen-Arbeit. Mit XXX Kpftf. Berlin 1840. 8.
- *Brucker. Bruckeri, Jac., historia vitae Adolphorum Occonum ad illustrandam rem literariam et medicam seculi XVI comparata. Lips. 1734. 4. tab.
- *Burckhard. Des numophylacii Burckhardiani anderer Theil. Goettingen 1745. 8.
- *Büsching. Büsching, A. Fr., Abbildung und Erläuterung der Hochgräfl. Bestucheffischen Schaumünzen. Hamburg 1765. 4. m. Kpf. Zweite verbess. Ausg. das. 1766. gr. 4.
- *de Carro. de Carro, Jean, Carlsbad, ses eaux minérales et ses nouveaux bains à vapeurs. Carlsb. 1827. 8.
- *Cicognora. Cicognora, L., Storia della scultura dal suo risorgimento in Italia sino al secolo di Napoleone. Vol. I—VII. Prato 1823. 24. 8. tab. in fol.
- Croll. Des verstorbenen Herrn Münzmeisters Croll Münzsammlung. (Dresden) 1804. 8.
- Danske Med. (Fr. Suhm.) Bescrivelse over Danske Mynter og Medailler i den Kongelige Samling. Kjöb. 1791. Tillaegg (supplementum). ib. 1794. fol. tab.
- *Doppelmayr. Doppelmayr, J. G., Historische Nachricht von den Nürnbergischen Mathematicis und Künstlern. Nürnb. 1730. fol. tab.
- *Eloy. Eloy, Dictionnaire historique de la médecinc. Ed. II. Mons 1778. 4 voll. 4.
- Engl. Medals. The medallic history of England to the revolution with 40 plates. London 1790. 4.

- Ginanni. Ginanni, P. P., Memorie storico critiche degli scrittori ravennati. Faenza 1769. 2 voll. 4.
- *Haller. Haller's, G. E. v., Schweizerisches Münz- und Medaillenkabinet. 2 Thle. Bern 1780. 81. 8. m. Kpf.
- Hamb. Hamburgische Münzen u. Medaillen. Hrsg. von e.
 Ausschuss des Vereins f. Hamburg. Geschichte u. redig. von O. C. Gaedechens. 9º Stück. Jubelmedaillen, Denkmünzen zu Ehren ausgezeichn. Personen. Hamb. 1853. 4. m. Kpf.
- *Hausch. Hauschild, J. Fr., Beitrag zur neuern Münz- u. Medaillengeschichte. Dresden 1806. 8.
- Hedlinger ed. Fuessli. Collection complète de toutes les médailles du chevalier Hedlinger, par J. G. Fuessli. Augsb. 1782. fol. tab.
- *Hedlinger ed. Mechel. Hedlinger. Son oeuvre ou recueil des médailles de ce célèbre artiste, par Chr. de Mechel. Basle 1776. fol. tab.
- Hennin. Hennin, M., histoire numismatique de la révolution française. Paris 1826. 4. tab.
- Hist. metall. Napol. Histoire métallique de Napoléon ou recueil des médailles et des monnaies qui ont été frappées depuis la première campagne d'Italie jusqu' à son abdication en 1815. Londres 1819. 4. tab. Supplément. ib. 1821. 4. tab.
- Imhof. Cph. Andr. d. vierten Imhof, Sammlung eines Nürnbergischen Münzkabinets. 1. Theil in 2 Abth. Nürnb. 1780. 82. 4.
- *Joachim. Joachim, J. Fr., Das neu eröffnete Münzkabinet. 4 Thle. Nürnb. 1761—73. 4. m. Kpf.
- Juncker. Juncker, Chr., Das guldene und silberne Ehrengedächtniss Dr. M. Lutheri. Aus mehr als 200 Medaillen u. Bildnissen erkläret. Leipz. 1706. 8.
- *Kluyskens. Kluyskens, II., Des hommes célèbres dans les sciences et dans les arts et des médailles qui consacrent leur souvenir. 2 tomes. à Gand 1859. 8. fig.
- Knorre. Knorre, O. H., Verzeichniss einer Medaillensammlung. Hamb. 1805. 8.
- *Koehler. Koehler, J. D., Historische Münzbelustigungen. 1—22. Theil. Nürnb. 1729—1750. 4. tab. — Register 2 Thle. ib. 1764. 65. 4.

- Koehne's Zeitschr. Zeitschrift für Münz-, Siegel- und Wappenkunde, hrsg. von Dr. B. Koehne. Berlin 1841—46. 8.
- *Kreber. Fortegnelse over Generalmajor v. Krebers Myntog Medaille-Samling. 1. Afdeling. Kjöbenhavn 1841. 8.
- *Kundm. Gel. Kundmann, J. Chr., die Heimsuchungen Gottes in Zorn und Gnade über das Herzogthum Schlesien. Nebst c. Verzeichn. von Gelehrten in Münzen. Lpzg. 1742. 4.
- *Kundm. Jubil. Ejusdem Nummi jubilaei od. Jubel-Schaustücke. Breslau 1734. 4. m. Kpf.
- *Kundm. Siles. Ejusdem Silesii in nummis oder berühmte Schlesier in Münzen, Bresl. u. Lpzg. 1738. 4. m. Kpf.
- *Lengn. Hevel. Lengnich, C. B., Hevelius. Danzig 1780. 8.
- *Lengn. Merkw. Ejusdem Merkwürdigkeiten einer Medaillensammlung. Zwölf Aufsätze im Journal von und für Deutschland. Jahrg. 1791 u. 1792. 4.
- *Lengn. Nachr. Ejusdem Nachrichten zur Bücher- und Münzkunde. 2 Thle. Danzig 1780—82. 8. m. Kpf.
- *Lengn. N. N. Ejusdem Neue Nachrichten zur Bücher- und Münzkunde. 2 Thle. Danzig u. Dessau 1782. 8.
- Lengn. Verz. Verzeichniss der Münzsammlung des wohlsel. Archidiaconus Lengnich. Danzig 1796. 8.
- *Lesser. Lesser's, F. Chr., besondere Münzen. M. Kupfern. Frankf. u. Leipz. 1739. 8.
- Linné's Biogr. Egenhändige Anteckningar af Carl Linnaeus om sich sjelf med Anmärkningar och tillägg. Stockholm 1823. 4. tab. (Adam Afzelius edidit.)
- Litta. Litta, P., Famiglie celebri d'Italia. Milano 1819 sqq. fol.
- *Lochner. Lochner, J. Hieron., Sammlung merkwürdiger Medaillen. Nürnb. 1737—44. 8 Bde. 4. m. Kpf.
- *van Loon. van Loon, Gerard, Beschryving der Nederlandsche Historipenningen. 4 Deele. s'Gravenhage 1723—31. fol. tab.
- van Loon cont. Beschryving van Nederlandsche Historipenningen ten verfolge op het werk van G. van Loon. 6 Stukke. Amst. 1821—61. fol. tab.
- Lüdecke. Lüdecke's, C. W., allgemeines schwedisches Gelehrsamkeits-Archiv. 7 Thle. Leipz. 1789—93. 8.

- Madai. Verzeichniss der Thalersammlung des verstorbenen Dav. Sam. Madai. Hamb. 1788. 8. tab.
- Maffei. -- Maffei, Scip., Verona illustrata. Parte seconda-Verona 1731. 8. tab.
- *Marini. Marini, G., Degli archistri pontifici. Roma 1748. 2 voll. 4.
- Mayr. Mayr, J., Monete e medaglie onorarie. Ferrara 1843. 8.
- *Mazz. Museum Mazzuchellianum s. numismata virorum doctrina praestantium, quae apud Jo. Mariam Comitem Mazzuchellum Brixiae servantur. 2 voll. Venet. 1761. 63. fol. tab.
- *Mieris. Mieris, Fr. van, Historie der Nederlandsche Vorsten. 3 voll. Gravenhage 1732—35. fol. tab.
- Millin. Millin, A. L., Histoire métallique de la révolution française. Paris 1806. 4. tab.
- *Moehsen Meds. Moehsen, J. C. W., Beschreibung einer Berlinischen Medaillensammlung, die vorzüglich aus Gedächtnissmünzen berühmter Aerzte besteht. 2 Theile. M. Kpfrn. Berlin 1773—81. 4.
- Molano-Boehmer. Numophylacium Molano-Boehmerianum. Cellis 1744. 8.
- Molinet. Molinet, Cl. du, Le cabinet de la bibliothèque de St. Généviève. Paris 1692. fol. tab.
- Museum Septalianum. vid. Settala.
- Normand fils. Normand fils, Galerie métallique des grands hommes français. 1. 2. livr. Paris 1825. fol. (Numorum adversas sistit.)
- Oberthür. Verzeichniss von Gedächtnissmünzen, gesammelt von Franz Oberthür. Würzburg 1826. 8.
- Orden. van Orden, G., Bijdragen tot de Numismatik van het Koningrijk der Nederlanden. Zaardam 1828—30. 4.
 - Ejus dem Handleiding voor Verzamelaars van Nederlandsche Historipenningen. Zaardam 1828-30. 2 voll. 8.
- Rothsch. Rothscholzen's, Fr., Beitrag zur Historie der Gelehrten. 1-3. Theil. Nürnb. 1725-26. 8. tab.
- *Rud. Recentioris aevi numismata virorum de rebus medicis et physicis meritorum memoriam servantia collegit et recensuit C. A. Rudolphi. Berol. 1829. 8.
- *Rüppell. Beschreibung und Abhildung der Schaumunzen,

- welche zum Angedenken von Bewohnern Frankfurts oder in dieser Stadt gebornen Personen gefertigt wurden. Entworfen von Dr. Ed. Rüppell. Frankf. a. M. 1855. 8.
- Sacklén. Sacklén, J. Fr., Sveriges Läkare-Historien. Första afdelningen. Nyköping 1822. Andra afdelningen förra häftet. ib. 1823. Senare häftet. 1824. 8.
- Schau- u. Denkm. Schau- und Denkmünzen, welche unter Maria Theresia geprägt worden sind. M. Kpf. Wien 1782. 2 Bde. fol.
- Schlichtegroll. Schlichtegroll, Fr., Annalen der gesammten Numismatik. I. Band. Leipz. 1804. II. Band. 1. Hft. 1806. 4. m. Kpf.
- Schweitzer. Schweitzer, Fed., Serie delle monete e medaglie d'Aquileja e di Venezia. Vol. I. II. Trieste 1848—52. (Berlin, Mittler & f. in Comm.) Imp. 4. tab.
- Settala. Musaeum Septalianum Manfredi Septalae industrioso labore constructum Pauli Mar. Terzagi geniali laconismo descriptum. Dortonae 1664. 4. Ed. altera auctior: Museo o galeria del Manfredo Settala. In Tortona (1677). 4.
- Silfverstolpe. Silfverstolpe, Fr., Tillägg till C.R. Berch's Beskrifning öfver Svenska Mynt och Kongl. Skådepenningar. Stockh. 1825. 8.
- Snelling. Thirty three plates of english medals by the late Thomas Snelling. Lond. 1736. 4.
- Spies. Spies, J. J., Der Brandenburgischen historischen Münzbelustigungen 1—5. Theil. M. Kpfrn. Anspach 1768—1774. 4.
- Stochr. Stochr, Cel., Neuestes Münzkabinet. Kulmbach 1822. 8.
- Szechen. Catalogus numorum Hungariae ac Transilvaniae instituti nationalis Szechenyani. Pestini 1807. 3 tomi in 2 voll. 8. tab. in 4.
- *Thesaurus. (Negelein et Koernlein), Thesaurus numismatum modernorum hujus seculi ab anno 1700 ad annum 1709; — et suppl.: Numismata historica anni 1710. Norimb. fol. tab.
- Thott. Thesaurus numismatum, quae collegit Otto Comes de Thott. Havn. 1779. 2 voll. 8.

- Tomasini. Tomasini, J. Ph., Illustrium virorum elogia iconibus exornata, Patavii 1630. 4.
- Trésor de numism. Trésor de numismatique et de glyptique, ou recueil général de médailles, monnaies, pierres gravées etc., gravées sous la direction de P. Delaroche et H. Dupont avec un texte par Ch. Lenormant. Paris 1834—44. 20 voll. fol.
- Tyssen. A catalogue of the collection of ancient and modern coins and medals of the late Samuel Tyssen. London. 8.
- Venuti. Venuti, R., Numismata romanorum pontificum praestantiora, a Martino V ad Benedictum XIV. Romae 1744. 4. tab.
- *Vossb. Vossberg, F. A., Münzgeschichte der Stadt Thorn. Mit Abbild. Berlin 1845. 8.
- *de Vries et de Jonge. de Vries et de Jonge, Nederlandsche Gedenkpenningen. s'Gravenhage 1829. 2 voll. 4.
- *Wellenh. Verzeichniss der Münz- u. Medaillen-Sammlung L. W. v. Wellenheim's. 3 Bände. Wien 1844—46. 8.
- *Will. Will, Andr., Der Nürnbergischen Münzbelustigungen 1—4. Theil. Nürnb. 1764—67. 4. tab. Hauptregister dazu (Repertor. der Nürnb. Geschichte u. Münzkunde) von J. C. S. Kiefhaber. Nürnb. 1800. 4.
- Würdtwein. Würdtwein, St. A., Mainzer Münzen. 1769. *Zacharias. Zacharias, E., Numotheca numismatica latomorum. Dresd. 1840—46. 4. tab.
- Zanetti. Zanetti, G. A., Nuova raccolta delle monete e zecche d'Italia. Bologna 1775—89. 5 voll. fol. tab.
- Ziervogel. Ziervogel, E., Diss. usum rei nummariae in hist. litterariae domesticis exemplis declarans. Ups. 1754. 4.
 - Ejus dem Diss. de re nummaria ejusque in historia Suiogothica usu. Ups. 1749. 4.



I. Itali.

- I. BAPTISTA ROMANUS, plane ignotus.
 - Adv. Effigies. Inscr. M(agister). Babtista Ro(manus). Chirurgicus.
 - Av. Manus instrumentum incognitum et vitis ramum uvis onustum gerens.
 - Num. 2¹/₆ pollic. Moehsen Meds. 2, p. 575, tab. 1, n. 5. refert, idemque in biblioth. Garelliana a Denis descripta p. 757 occurrit, ut et in Tyssenii catalogo, p. 18, n. 245. Rud. 565.
 - Nota. Hoc loco referre interest, Moehsenium plura recentioris aevi numismata cera aut ebore ficta ex aere fundi curasse, eorumque aversae inscriptionem addidisse, ut ct alia inventa rara rudi modo restitui fecisse; minime vero, ut dicit C. Rudolphi, ab eo inventa sunt. Horum numero hoc numisma adnumerandum esse credimus, quorum plura catalogus enumerabit.
- II. Petrus de Abano, conciliator dictus, natus circa annum 1250 professor Patavinus, summam famam nactus, saepe pro Mago habitus, denatus 1315.
 - Adv. Effigies. Inscr. Petrus De Abano. Phil. Med. Pat.
 - Av. Sapientia et Medicina manibus junctis. Inscr. Concordi Foedere.
 - Num. 1³/₄ pollic. fusum, quod Moehsen restitui curavit et Meds. 2, p. 576 refert, tab. 3, n. 3. delineatum. Depicta aversa apud Tomasin. p. 24. Rud. 1.
- III. CECCO D'ASCOLI, s. Cecco Esculano, s. Ciccus de Esculo, s. Francesco degli Stabili, quod proprium nomen fuit, quo autem scriptis non usus est, Esculi 1257 natus, Florentiac d. 15. Septbr. 1327 ob haeresin ab inquisitione flammis

traditus. Admodum tunc temporis polyhistori experimen tum et observatio magni ei subsidii erant. Magnum opu encyclopaedicum oratione ligata, l'Acerba dictum, com ponere inchoaverat, de quo cfr. Millin, magazin encyclopaedicum. T. I., p. 248—56, 1798.

1. Adv. Effigies; hypogr. C. de Esculo.

Av. Vir nudus soluto currentique equo insidens, a quo pe des nudus eum detrahere nititur.

Num. fusum transversim ovale 11/3 pollices altum, duos latum Mazz. I, tab. 7, n. 6. ex specimine male conservato deli neatum. Rudolphio sola aversa erat, sed ad dimidium pol licem latior, ideoque totum peditem monstrans, cujus par ticula solum illic exhibetur, e qua re conjicit, aversar ad alium quendam numum pertinere. Rud. 129.

2. Alterum in numophylacii Molano-Bochmeriani parte IV. p. 455, n. 3. obiter relatum: C. D. E. Esculo, effigies eju pectore tenus, capite velato.

In aversa castellum binis turribus ornatum, sine epigraphe Num. 1¹/₂ pollic. Appel (Repertor. IV, 1, n. 282) numun aeneum oppidi Asculi describit, in quo insignia urbis aequac in descripta aversa. Rud. 130.

IV. LUDOVICUS SCARAMPUS, s. Mediarota, natus a. 1402, de natus d. 13. Mart. 1465. Medicus romanus, archiater Ca lixti IV, medicina autem posthabita supremus dux exer citus, episcopus, tandem cardinalis factus.

Adv. Effigies. Inscr. L. Aquilegiensium Patriarca Ecclesiar Restituit.

Av. Exercitus templum petens. Inscr. Ecclesia Restituts Exerg. Ex Alto.

Num. 1½ pollic. Mazz. I, p. 74, tab. 11, n. 4. Aversam da delineatam Tomasini, p. 18; Rud. 596. Ob inscriptio nis varietatem in Mus. Mazz. et apud Argelatum, qu icon dedit, obviam, cel. Rudolphi credidit, duo divers existere talia numismata, quapropter in secunda indici editione duo enumerat, sed unum idemque esse, cel. Bep Friedlaender eum edocuit.

V. Jacobus Gottifredus, denatus d. 16. Aug. 1482, archiate Papae Pauli II et Sixti IV.

- Adv. Effigies. Inscr. Paulus. II. Venetus. Pont. Max.
- Av. Jacobus Gottifredus. Roman. Phisicus. Ejusdem. Suffragio. Has. Aedes. A. Fundamentis. Erexit.
- Ita a Marinio (archiatri pontific. I, 173) describitur numus 1½ pollic., qui in fundamento domus a Gottifredo anno 1467 exstructae, anno vero 1692 funditus dirutae inventus est. Venuti num. pontif. rom. p. 31, n. 21.
- VI. PHILIPPUS DE VADIS, medicus, cujus nullam mentionem inveni. Adv. Effigies. Inscr. Philippus. De. Vadis. De. Pisis. Chironem. Superans.
 - Av. Vir armatus intra circulum stans; ad pedes ejus sol et turris. Inscr. Opus. Joannis. Boldu. Pictoris. 1457.
 - Num. 21/2 pollic. aeneum in numophylaceo regio Berolin. vidi.
- VII. ANGELUS CATTHO. Cum rege neapolitano Renato Andegaviensi, a cujus partibus steterat, exul Galliam petiit, a Carolo Burgundico, ad quem legatus fuerat, optime exceptus, hujus rebus dilabentibus ad Ludovicum XI Galliae regem se vertit, qui eum medicum et eleemosynarium habuit, tandem archiepiscopum Viennensem creavit: 1491 vel 1494 defunctus. Cominaeo, viro celeberrimo, conjunctissimus. Anno 1474 Matthaei Sylvatici pandectas medicas auctas edidit.
 - Adv. Effigies. Inscr. Angelus. Cato Archiep. Vienne Maximusq. Galliarum Primas.
 - Av. Apollo arcum et pharetram lauro appendens, sub qua: Apollo. Inscr. Exaltat Virtus Nobilitatq. Viros.
 - Num. 3 pollic. cfr. Museo Settala (editio anni 1677) p. 319. Trésor de numismat. Med. ital. vol. II, p. 36, tab. 60, n. 1.
- VIII. MARSILIUS FICINUS, natus d. 19. Oct. 1433, Florentiae, denatus d. 1. Oct. 1499. Medicus et philosophus platonicus.
 - 1. Adv. Effigies. Inscr. Marsilius Ficinus Florentinus.
 - Av. Hygica serpentem gerens.
 - Num. fusum bipollic. Moehsen Meds. I, p. 193. Rud. 217.
- *2. Adv. Effigies. Inscr. Marsilius Ficinus Florentinus.
 - Av. Platone.
 - Num. fusum bipollic. aenaeum. Mazz. I, p. 134, tab. 28, n. 4. Moehsen, l. c. p. 201. Rud. 218.

- IX. Petrus Bonus Avogari; astronomiam docuit Ferrariae, ubi anno 1506 plus quam octogenarius denatus, poeta et medicus laudatus.
 - 1. Adv. Effigies. Inscr. Petrus. Bonus. Avogarius. Ferrariensis. Medicus. Insignis. Astrologus. Insignior.
 - Av. Aesculapius supra draconem, Urania supra globum stantes; ad latus uniuscujusque figurae nomen. Exerg. Opus Sperandei.
 - Num. 3¹/₄ pollic. fusum. Mazz. I, p. 111, tab. 23, n. 1. Moehsen Meds. I, p. 97 et 105. Rud. 15.
 - 2. Adv. Effigies. Inscr. Petrus Bonus Orpheum Superans.
 - Av. Orpheus sedens alatus cithara canens. Inscr. Opus Joanis Boldu Pictoris. 1457.
 - Num. 13/4 pollic. fusum. Mazz. l. c. n. 2. Moehs. l. c. p. 89. Rud. 16.
- X. MARCUS ANTONIUS DELLA TORRE, anatomiae professor Patavinus, qui Leonardi da Vinci arte ad corporis partes depingendas usus est; anno 1512 pesti occubuit.
 - *Adv. Effigies. Inscr. Turrius Ille Marcus An. Art. Et Med. Doc. Et Pub. Lec.
 - Av. Vir (Apollo?) Pegaso vehens. Infra: Op(us). Ju(lii). Tur(rii).
 - Num. egregium 2¹/₃ pollic. aeneum. Maffei II, p. 284. Moehsen Meds. p. 128. Rud. 661. Ut aliorum numorum ita et hujus Mochsen ectypon valde rude fieri curavit.
- XI. Antonius Ferrari Galateus a Galatola, oppidulo neapolitano dictus, ubi anno 1444 natus fuit. Archiater neapolitanus et poëta, quo forsan numismatis aversa spectat. Denatus anno 1516 vel 1517.
 - Adv. Effigies. Inscr. Antonius Galateus.
 - Av. Mars Venerem amplectitur, Cupidine adstante.
 - Num. 2¹/₄ pollic. fusum. Mazz. I, p. 170, tab. 38, n. 2. Mochsen Meds. I, p. 169. Rud. 214.
- XII. BAPTISTA VERCELLENSIS, s. de Vercelli. Ob conatum in Papam Leonem X veneficium hujus jussu crudelissimo mortis genere mense Junio anni 1517 trucidatus est. Chirurgus ceteroquin excellentissimus, quem autem a veneficii suspicione liberare tentat Biographia medica piemontese, Torino 1824, vol. 1, p. 162 sqq.

- *Adv. Effigies. Inscr. Baptista: Vercellensis: Medicinae: Parens.
- Av. Tres mulieres, quarum media elatiori loss sedet, infantem gremio tenens, alterae stant. Inter eas literae M. V. C. V. L. M. inexplicabiles. Inser. Languentium. Fides. Spes. Et. Caritas.
- Num. 15/6 pollic. ectypon aeneum. Mazz. I, p. 113, tab. 23, n. 5. Rud. 673.
- XIII. LEONARDUS DA VINCI, natus in burgo florentino Vinci an. 1452, denatus prope Lutetiam Parisiorum d. 2. Maj. 1519. Pictor omnium fere temporum maximus, mathematicus et physicus egregius, rebus anatomicis maxime deditus, Marci Ant. della Torre amicus singularis fuit. Tabulae Vincianae anatomicae, quarum magnus numerus Londini servatur, Huntero summa laude dignae visae sunt. cfr. Blumenbach mediz. Bibl. III, p. 141 sqq.
 - *1. Adv. Effigies, capite velato. Inscr. Leonardus. Vincius. Florentinus.
 - Av. Penna et penicillum decussatim posita, supra eadem sertum. In scr. Scribit. Quam. Suscitat. Artem. Exerg. 1669.
 - Num. bipollic. stanneum. Koehler, IX, p. 369. Mazz. I, p. 171, tab. 39, n. 2. (sine anni numero in exergo). Rud. 678.—
 *Idem Parisiis restitutum eo tantum a veteri specimine differt, quod sub effigie nomen incisoris: Herard F., habeat. Rud. 679. Depict. apud Kluyskeus, II, 519.
 - 2. Adv. Effigies, infra quam: L. Cossa F. 1820. Inscr. Leonardo Da Vinci.
 - Av. Rami duo laurini hinc revincti, illinc patentes inscriptionem quasi amplexi: Vinci J Vagiti Primi Gallo Monarca Gli Ultimi Respiri. Cloux Le Mortali Spoglie. A. A.
 - Num. $1^{11}/_{12}$ pollic. Rud. 680.
 - *3. Adv. Effigies, capite nudo, sub qua: Putinati. Inscr. Leonardo Da Vinci.
 - Av. Nato Nel Castello Di Vinci Nel 1443. Morto A Fontainebleau Il 1518.
 - Num. egregium 12/3 pollic. aeneum. Rud. 681.

- *4 Adv. Effigies, capite nudo, sub qua: Vivier F. Inscr. Leo nardus Vincius.
 - Av. Natus An. 1452 In Castello Vinciensi Apud Florentiam Obiit Fontebellaqueo An. 1520. — Series Numismatica Universalis Virorum Illustrium. 1825. Durand Edidit.

Num. $1^{1}/_{2}$ pollic. aeneum. Rud. 682.

- *5. Adv. Effigies, capite velato, infra quam: E. Rogat. Insci Lionardo Da Vinci.
 - Av. Natus An. 1452 In Castello Vinciensi Apud Florentiam Obiit Fontebellaqueo An. 1509. Series Numismatic Universalis Virorum Illustrium. 1825. Durand Edidit. Num. 1½ pollic. aeneum.
- 6. Adv. Effigies, sub qua: Putinati. Inscr. Leonardo Da Vinci Av. Effigies. Inscr. Titiano Vecelli.
 - Num. 12/3 pollic. Adversae effigies eadem esse videtur a illa num. 3; sed ibi nomen incisoris proximum effigiei remotum autem in n. 6. Rud. 683.
- 7. Adv. Effigies, infra quam: Putinati F. Inscr. Carolus Augustus Magnus Dux Sax.
 - Av. Effigies duae; pone alteram: L Vincius, I. Bossius pone alteram. Infra: Saxonia Memor 1817. Perigr. Italia Salutata Monumentis Artium Conquisitis Patriaeque Donatis Num. praecedente minus. Rud. 684.
- *8. Adv. Effigies, sub qua: L(uigi). M(anfredini). Inscr. Leo nardus A Vinci.

Av. Coenaculum egregii viri.

Num. 7/12 pollic. aeneum deauratum.

- XIV. JOHANNES PETRUS BONAVITES, a loco natali (Mantua Corpetanorum) etiam Mantua dictus, medicus practicus Patavinus felicissimus, medici Petri Andreae Mantuae paritele celeberrimi pater; denatus an. 1520.
 - *1. Adv. Effigies. Inscr. Jo. Pet. Man. Bonavi. Medicus Pater Av. Templum gloriae. Inscr. Aeternitas Mant.
 - Num. 1¹/₄ pollic. aeneum. Moehs. Meds. I, p. 281. Mazz. I p. 163, tab. 36, n. 4. Rud. 85.
 - *2. Adv. prioris.
 - Av. Effigies. Inscr. Marcus Mant. Bonavit. Patavin. Jur. Con. (Filius Jo. Petri).

- Num. ejusdem magnitudinis aeneum. Mazz. I, p. 377, tab. 84, n. 2. Utrumque Jo. Cavinei Patavini, incisoris celeberrimi, praestantissimum opus. Rud. 86.
- XV. JOHANNES BAPTISTA CONFALONIERI, medicus et philologus Veronensis, Patavii physicen docuit, denatus an. 1537. Tractatum de vini natura scripsit, cujus sententiae contradixit Fracastorius.
 - Adv. Effigies. Inscr. Jo. Baptista Confaloner. Ar. Et Med. Doc.
 - Av. Mulier naturam significans stans supra globum, in quo: I. T. Op. (Julii Turriani Opus). Inscr. superior: Sola Omnia. Inferior: Nec Concipit Orbis.
 - Num. fusum 2 pollic. Mazz. I, p. 205, tab. 45, n. 7. Moehs. Meds. I, p. 121. Rud. 139.
- XVI. Antonius Thebaldaeus, Ferrariae natus an. 1463, denatus Romae an. 1537. Poëta, qui per aliquod tempus medicinam fecisse dicitur.
 - 1. Adv. Effigies. Inscr. Antonius Tibaldaeus.
 - Av. Venus in concha monstro marino imposita natans, ad latera Tritones buccinantes, Cupidinesque supervolantes sertum ei imponunt.
 - Num. 23/4 pollic. Mazz. I, p. 183, tab. 41, n. 1. Rud. 650.
 - 2. Adv. Effigies. Inscr. Antong Thebaldg.
 - Av. Mulier alteram manum elevans, altera cornu copiae gerens. Exerg. EARIZEI.
 - Num. 11/3 pollic. Mazz. l. c. n. 2. Rud. 651.
- XVII. LUDOVICUS B. BONACCIOLUS, medicus Ferrariensis, natus circa annum 1480, denatus versus annum 1540, aetatis anno 61. De partibus genitalibus mulierum et de foetus formatione scripsit.
 - Adv. Effigies barbata. Inscr. D. Nicolino Bonaccioli.
 - Av. Canis sedens stellam adspiciens.
 - Num. aeneum 2¹/₂ pollic. in museo Baruffaldi esse indicat Jos. Mayr (monete e medaglie onorarie. Ferrara, 1843, 8. p. 105).
- XVIII. HIERONYMUS FRACASTORIUS, natus Veronae an. 1483, denatus prope Patavium d. 8. Aug. 1553; medicus et poëta

celeberrimus, praesertim propter poëma "Syphilis" multoties editum clarus.

- 1. Adv. Caput nudum, capillo brevi, barba crispa lata. Inscr. Girolamo Fracastorio.
 - Toreuma 4 pollic. fusum egregium, cel. Jo. Cavinei Patavini opus. Cicognara, tab. 51. Rud. 228.
- *2. Adv. Effigies. Inscr. Hieronymus Fracastorius.
 - Av. Ara accensa, sub qua serpens prorepit; ad illius latera hine liber apertus et sphaera, illine chalys et laurea. Inser. Minervae, Apoll. Et Aesculap. Sacrum.
 - Num. 2⁵/₁₂ pollic. ferreum fusum. Maffei, T. II, p. 333.
 Koehler V, p. 177. Mazz. T. I, p. 281. tab. 61, n. 4.
 Rud. 229.
- Adv. Tres effigies. Inscr. Catullus. Mapheius. Fracastorius.
 Infra: 1806. Sub effigie Catulli: F(ranc.). P(utinati). In.
 - Av. Minerva, prope quam Historia sedet, juveni lauream porrigit. Inscr. Sertum Colenti. Infra: Dr. Dr.
 - Num. 1⁷/₁₂ pollic. Supplem. Hist. Metall. Napol. tab. 68, n. 440. Rud. 230.
- XIX. Paulus Jovius, sermone vernaculo Paolo Giovio, natus Comi d. 19. Apr. 1483, denatus Florentiae d. 11. Decbr. 1552; medicus satis bonus, historicus non semper fide dignus, episcopus. Praeter alia huc non spectantia librum de piscibus romanis scripsit.
 - 1. Adv. Effigies. Inscr. Paulus Jovius Comensis Episcopus Nucerinus. A. D. N. S. 1552.
 - Av. Paulus Jovius sinistra librum tenens, dextra virum e sepulcro attollit (ad aeternitatem viris celebribus in libro suo biographico impertitam alludens). In scr. Nunc Denique Vives.
 - Num. 3 3/4 pollic. fusum. Mazz. I, p. 288, tab. 62, n. 2. Koehler, XII, p. 1. Mieris, II, p. 426. Rud. 346. Aliud huc trahitur numisma, perperam ut mihi videtur, 11/2 pollic. fusum, mihi deauratum, cujus adversa Satyri (Jovii effigiei similis) effigiem sistit, aversa caput cirrorum loco priapis utens. Aversae imago in duobus numis a P. Aretini adversariis in ejus opprobrium percussis obvia, cum inscriptione. Mazz. I, p. 291, tab. 62, n. 3, et tab. 63, n. 5 et 8.

- 2. Adv. Effigies, capite nudo tonso, non barbata. Inscr. Paulus Jovius Eps. Nuceriae.
 - Num. 27/12 pollic. Litta fam. cel. fasc. VI.
- XX. JOHANNES FRANCISCUS MARTINIO, proprio idiomate Martinioni vocatus, medicus mediolanensis, qui anno 1542 quaedam Hippocratis capita commentatus est.
 - *Adv. Effigies. Inscr. Jo. Franc. Martinio Mediolan. Medicus. Av. Effigies Aristotelis, in cujus mitra verbum: φιλελλην. Inscr. Έλλαδος σωθεισης δωρον.
 - Num. 1⁷/₁₂ pollic. ectypon aeneum. Mazz. I, p. 261, tab. 58,
 n. 1. Moehsen Meds. I, p. 113. Rud. 430.
- XXI. NICOLAUS MASSA, Venetus, medicus et anatomicus seculi decimi sexti celeberrimus, qui 1569 obiit, quique primis de lue venerea sriptoribus adnumeratur.
 - Adv. Effigies. Inscr. literis incisis: Nicolaus Massa. Num. unilaterale 2 pollic. fusum. Rud. 431.
- XXII. MARCUS ANTONIUS PASSERUS, s. Passerinus, s. de Passeribus, medicus fuit, sed totus se philosophiae aristotelicae dedit; natus 1491, denatus an. 1563, aetatis anno 72.
 - 1. Adv. Effigies. Inscr. M. Antonius Passerus Patavin.
 - Av. Homines duo a pelvi ad verticem connati, diversi ut videtur sexus, extremitatibus superioribus decussatis, alternis terram versus, alternis sursum directis, extremitatibus inferioribus secundum corporis situm sursum vel deorsum directis. Inscr. Philosophia Comite Regredimur.
 - Num. 1¹/₃ pollic. Mazz. I, p. 322, tab. 69, n. 3. Rud. 501.
- *2. Adv. Effigies. Inscr. M. Antonius Passerus Pat.
 Av. Emblema prioris. Inscr. Philosophia Duce Regredimur.
 Num. 1/3 pollic. aeneum. Mazz. l. c. n. 4. Rud. 502.
- 3. Adv. Effigies. Inscr. M. Antonius Passerus Patavin.
 - Av. Mulier stans supra anguem, manus ad solem attollens. Inscr. Super Aspidem.
 - Num. a Cl. Molineto (Le cabinet de la Bibliothèque de St. Géneviève, Paris, 1692. fol.) inter Cavinei numismata p. 92—118 recensita, n. 4, depictum sistitur. Rud. 503.
- XXIII. VICTOR TRINCAVELLA, natus anno 1496 Venetiis, denatus an. 1568; medicus venetus felicissimus, professor medicinae practicae Patavinus. Vincentius viri celeb. frater fuit.

- Adv. Effigies. Inscr. Victor Trincavellus.
- Av. Effigies. Inscr. Frater Vincentius.
- Num. 3 pollic. Hausch. 900. Rud. 665.
- XXIV. JOHANNES BAPTISTA PIGNA, medicus, philosophus, historicus et poëta, denatus an. 1575, aetatis anno 72, professor Gymnasii Ferrariensis.
 - 1. Adv. Effigies. Inscr. Jo. Baptistae Pignae.
 - Av. Pan coram Syringe in calamos commutari incipiente. Num. 2¹/₃ pollic. Mazz. 1, p. 273, tab. 59, n. 6. Rud. 515.
 - 2. Adv. prioris.
 - Av. Pastor mulieri oleac ramum gestanti se gregem servaturum pollicetur. Inscr. Servabo.
 - Num. ejusdem magnitudinis. Mazz. l. c. tab. 60, n. 1. Rud. 516. Recte, ut videtur, editor thesauri Mazzuchelliani suspicatur, aversam mutuam sumptam esse a numismate in honorem episcopi Franc. Pallavicini cusso, quod tab. 90, n. 1. depingitur.
- XXV. HIERONYMUS CARDANUS, natus Ticini d. 24. Septbr. 1501, denatus Romae d. 21. Septbr. 1576; medicus doctissimus, ingeniosissimus, sed simul fanaticus sibique inconstantissimus.
 - 1. Adv. Effigies, capite operto. Inscr. Hier. Cardanus. Aetatis An. 43.
 - Num. unilaterale 2pollic. Mazz. I, p. 360, tab. 80, n. 3. To-masini, p. 54, qui et aversam insequentis numi praebet. Rud. 119.
- *2. Adv. Effigies, capite nudo. Inscr. Hier. Cardanus. Aetatis
 An. 49.
 - Av. Turba hominum omnis generis et aetatis montem enititur, in cujus acumine aedes. Exerg. Oreigor.
 - Num. 1½ pollic. aeneum, cujus emblema ad Cardani somnium gloriam sibi initiaturum alludit. Mazz. l. c. n. 4. Rud. 120.
- XXVI. GALEOTTUS MARZIUS, natus incunte seculo decimo quinto, a tribunali ecclesiastico in carcerem inclusus, a Sixto V vero liberatus, Pisis et Bononiae rhetoricen docuit, postea in Hungariam se contulit. Scripsit librum "de homine externo et interno". De morte fabulae narrantur, quas

- Tiraboschi (storia della literatura italiana, VI, p. 380 sqq. edit. Florent. 1806) refutavit.
- Adv. Effigies. Inscr. Galeottus Martius Poeta Clars. Mathematicus Et Orator.
- Av. Scrinium, in quo horologium arenarium et libri, quodque inscriptione circumdatur: Superata Tellus Sidera Donat. Perigr. Nascentes. Morimur. Finis. Q. Ab Origine Pendet.
- Num. 4 pollic. Mazz. I, p. 131, tab. 28, n. 1. Aliud specimen in numotheca regia Berolini vidi, quod eo solum a praecedente differt, quod in adversa caput laureatum sistatur, et magnitudine tres pollices non superet.
- XXVII. PETRUS ANDREAS MATTHIOLUS, natus d. 23. Mart. 1500, denatus 1577, Senensis, Dioscoridis commentator laudatissimus.
 - *Adv. Effigies, sub qua: 1565. Inscr. Petri Andreae Matthioli Effigies.
 - Av. Annulus, per quem bipennis et fax accensa decussatim ductae; circa haec fascia, cui verba inscripta sunt: Che Ne Foco Ne Ferro A Virtu Nuoce.
 - Ectypon plumbeum adversae, 1½ pollic. Oberthür p. 83, n. 355. Rud. 433.
- XXVIII. THOMAS RANGONI, proprio nomine Tomaso Gianozzi vocatus, a comite Guidone Rangone gratitudine commotus nomen sumsit; Philologus Ravennas etiam dictus. Munus medicinam docendi Patavii suscepit, medicus practicus eo, quo vixit, tempore celeberrimus; natus 1493, obiit 1577.
- *1. Adv. Effigies. Inscr. Thomas. Philologus. Ravennas.
 - Av. Deus in nubibus brachia extendit super mulierem bovi sertum imponentem. Inscr. Virtute Parta Deo Et Labore.
 - Num. 2 pollic. aeneum egregium. Mazz. I, p. 301, tab. 65, n. 3. Rud. 543.
- Adv. nonnisi inscriptionem continens: Thomas Philologus Ravennas Phisicus Ere Proprio Construi Fecit Anno 1554.
 - Av. Ducatus Incliti Princip. Venetorum Laurentii Prioli Bnme. Anno I.
 - Num. 13/12 pollic. in Museo regio Berolin. vidi. Aliam aversae inscriptionem dat Mazz. l. c. n. 4., quae loco

ducis Prioli ducem M. Ant. Trevisanum habet, Rud. 544. Tertiam denique memorat Ginanni (Scrittori Ravenn. Faenza, 1769, II, 232) nomen Franc. Venerii ferentem.

- *3. Adv. Effigies, pone quam: 1562. Inscr. Thom. Philol. Raven. Phys. Eq. Guard. D. Mar. Mag.
 - Av. Aquila Herculem Junonis super cubile stellatum stratae mammis admovet. Infra tria lilia totidemque aves. Inscr. A. Jove. Et. Sorore. Genita.

Num. 15/12 pollic. aeneum. Mazz. l. c. n. 5. Rud. 545.

- Adv. Effigies. Inscr. Thomas. Philologus. Ravennas. Av. praecedentis.
 - Num. 15/12 pollic. aeneum. Mazz. l. c. n. 6. Rud. 546.
- 5. Adv. Effigies. Inscr. Thomas Philology Rav.
 - Av. Infans stans supra globum. Inscr. Dominus Dabit.
 - Num. ⁵/₆ pollic. in museo regio Berol. vidi, quod apud Mazz. l. c. n. 7 vitiose depictum est. Rud. 547.
- *6. Adv. Effigies. Inscr. Thomas Rangonus Raven.
 - Av. Apollo sedens leoni sertum imponit. Inscr. Leo Imperat Sol Et Apollo.
 - Num. ²/₃ pollic. aeneum. Numismata in Rangoni memoriam percussa ab artificibus Matthaeo della Fede et Alexandro Victorio, secundum Rangoni testamentum, ex auro, argento et aere facta esse refert Ginanni, l. c.
- XXIX. CAROLUS CORTESIUS, medicus plane ignotus.
 - Adv. Effigies. Inscr. Carolus Cortesius. D. Med. Act. 31. 3. Febr. 89.
 - Iconisma 1¹/₂ pollic. unilaterale, argento fusum, olim Moehsenianum, Rudolphi in museo regio Berol. vidit, me fugit. Rud. 144.
- XXX. OCTAVIANUS FERRARI, natus d. 23. Septbr. 1518, denatus 1586, medicus et philosophus.
 - Adv. Effigies. In scr. Octavian. Hieron(ymi). Fil(ius). Mediol.
 - Av. Effigies Aristotelis. Inscr. Virtutes Hujus Amavi.
 - Num. 1¹/₂ pollic. Mazz. I, p. 393, tab. 89, n. 3. Rud. 215.
- XXXI. Dominicus de Leoni, ab anno 1559 ad annum 1588 professor medicinae Bononiensis.
 - Adv. Effigies, cujus pone caput stella sistitur. Inscr. Dominicus De Leonibus.

- Av. Hydria basi imposita. Inscr. XIC Est Vasus Amoris. Num. 1½ pollic. Mazz. I, p. 422. tab. 95, n. 3. Rud. 393.
- XXXII. ALBERTUS BOTTONUS, medicus Patavinus, denatus d. 1. Decbr. 1596, practicus felicissimus.
 - Adv. Effigies. Inscr. Albertin. Bottonus. Theor. Med. Lec. Pat. Av. Aedes. Exerg. 1591.
 - Num. fusum 1¹¹/₁₂ pollic. Moehsen fieri fecit, verisimiliter ad archetypum, cujus aversa apud Tomasinum p. 150 exstat, rudissime vero et anni numero addito. Rud. 90.
- XXXIII. Petrus Manna, Cremonensis; patri Kataldo Mannae, medico, ut et fratri anno 1545 monumentum posuit, quo igitur anno adhuc vixit.
 - *1. Adv. Effigies. Inscr. Petrus Manna Medicus Cremon.
 - Av. Duo senes sedentes, quorum alter librum tenet, alter sinistra cor praeparatum, dextra pedis venam demonstrare videtur. Post velum ex parte remotum Phoebus currum agens conspicitur.
 - Num. 1¹/₂ pollic. stanneum. Mazz. I, p. 387, tab. 87, n. 4. Rud. 421.
- *2. Adv. Effigies. Inscr. Petrus Manna Medicus Cremonensis. Av. Vir sub arbore humo sedens attonitus coelum versus visum dirigit, ubi Jupiter aquila vectus fulgura in eum jaculari videtur. Inscr. Ne Diis Aequaretur.
 - Num. 13/4 pollic. aeneum deauratum egregium.
- XXXIV. APOLLONIUS MENABENI, Mediolanensis, medicus, naturae scrutator et poëta, sub finem seculi decimi sexti.
 - *Adv. Effigies. Inscr. Apollonius Menabenus Doct. Physicus.
 - Av. Vir pedem leonis, forsan vulneratum, examinando attrectat. Inscr. Cum Exultatione Metet. 1591.
 - Num. 13/4 pollic. ectypon plumbeum unilaterale. Mazz. I, p. 414, tab. 93, n. 4. In numophylaceo regio Berol. specimen argenteum unilaterale vidi, quod cel. Bolzenthal, numothecae hujus meritissimus conservator, Ant. Abondii opus esse contendit. Rud. 446.
- XXXV. Josephus Rubeus, s. proprie Rossi, philosophus et medicus neapolitanus, qui anno 1585 discursum de annis climactericis lingua vernacula edidit. (Haller bibl. med. pract. II, p. 261.)

- *Adv. Effigies, pone quam: P(etr.). P(sul.). R(omanus). Inscr. Joseph. Rubeus. Actatis Annor. XXII.
 - Av. Duae columbae volantes ramum plantae imponere conantur. Inscr. Utinam.
 - Num. 111/12 pollic. aeneum, P. P. Galeotti opus.
- XXXVI. ULYSSES ALDROVANDUS, naturae scrutator ardentissimus, meritissimus Bononiensis, natus d. 11. Septbr. 1522, denatus d. 10. Novbr. 1607.
 - Adv. Effigies a dextra. Inscr. Ulysses Aldrovandus Phi. Bono.
 Num. unilaterale 1²/₃ pollic. Mazz. I, p. 441, tab. 98, n. 9. Rud. 5.
 - 2. Adv. Effigies a dextra, sub qua: T. R. Inscr. Ulysses Aldrovand Phi. Ac Med.
 - Num. unilaterale 11/2 pollic. aeneum in museo regio Berol. vidi.
- *3. Adv. Effigies, sub qua: Peuvrier F. Inscr. Ulysses Aldrovandus.
 - Av. Natus Bononiae In Italia An. 1527. Obiit 1605. Series Numismatica Universalis Virorum Illustrium. 1823. Durand Edidit.
 - Num. 11/2 pollic. aeneum. Rud. 6.
- *4. Adv. prioris.
 - Av. Né à Bologne En 1527. Mort En 1576.—Series Numismatica Universalis Virorum Illustrium. 1818. Durand Edidit. Num. 1¹/₂ pollic. aeneum.
- XXXVII. JOHANNES BAPTISTA PORTA, natus Neapoli an. 1545, denatus urbe patria d. 4. Febr. 1615. Auctor magiae naturalis, physiognomices, et polyhistor, sed maxime vana admittens, sana critice omnino destitutus; Lynceorum membrum, societatis secretorum institutor.
 - *Adv. Effigies. Inscr. Joan. Bapt. Porta. Lynceus. Neapol. Av. Mulier nuda in vertice flammam, in dextra globum gerens, ante portam apertam. Inscr. Natura Reclusa.
 - Num. 1¹/₃ pollic. ectypon aeneum. Mazz. I, p. 445, tab. 99, n. 6. Rud. 523.
- XXXVIII. HIERONYMUS FABRICIUS ab Aquapendente, natus 1537 Aquis pendentibus in agro romano, denatus an. 1619 d. 21. Maj. Patavii, in qua urbe ex anno 1565 professor; summus anatomicus et chirurgus.

Adv. Effigies. Inscr. Hier. Fabricius Ab Aquapen. Eq. Et Med. Av. Hygiea et Aesculapius. Inscr. Anatomicus Patavinus. Exerg. Secundum Divos.

Num. 12/3 pollic. Vide sic depictam aversam apud Tomasinum p. 320, ubi Annib. Tossati opus esse refertur. Valde rude Moehsenius hocce numisma restitui fecit, aversae exergo verba addendo: A. Tossati Op. Tale specimen in numophylaceo regio Berolin. exstat. Nomen incisoris nullibi nisi apud Tomasinum occurrit. Rud. 205.

XXXIX. PAULUS SARPI, natus Venetiis d. 14. Aug. 1552, ibidemque mortuus d. 14. Jan. 1623. Monachus Servita, anatomiae peritissimus, quare passim valvularum venosarum et imo sanguinis circuli inventor perperam perhibetur. cfr. Flourens hist. de la decouverte de la circulat. du sang. Par. 854. p. 24 sqq. et p. 111 seq.

1. Adv. Effigies. Inscr. Paulus Sarpius.

Av. Doctor gentium.

Num. 15/15 pollic. Koehler, XXI, p. 25. Mazz. I, p. 438, tab. 98, n. 6. Rud. 591.

2. Adv. Effigies. Inscr. Paulus Servita Sereniss. Reipb. Venetae Theologus etc.

Num. unilaterale ovale 1¹/₄ pollic. latum, 1¹/₂ pollic. longum; Mazz. l. c. n. 7. Rud. 592.

XL. FERDINAND. SALANDUS, natus prope Bergamum an. 1561, denatus an. 1630, eodem quo pater Josephus plus quam centenarius obiit, qui pariter medicus, filio celebrior, fuit.

Adv. Effigies. Inscr. liter. incis.: Ferdinando Salanco (sic) Medico.

Av. valde rudis. Mensa, cui liber impositus est.

Num. 13/4 pollic. Rud. 589.

XLI. FRIDERICUS CAESIUS, nomine proprio italico Cesi, natus Romae an. 1585, denatus an. 1630 d. 1. Aug. Aetatis anno decimo octavo Lynceorum academiam studiis mathematicis et physicis destinatam instituit. cfr. Litta fam. celebr. Fasc. VII.

Adv. Effigies. Inscr. Fed. Caesius Lync(eorum). Princ(eps).
 Et Inst(itutor). P(rinceps) I S(ancti). A(ngeli). S(ancti).
 P(oli). M(archio). II. M(ontis). Cael(i). B(aro).

Av. Insignia societatis, id est sertum, in quo lynx. Inscr. Lynceis Institutis.

Num. 1¹/₆ pollic. Mazz. I, p. 334, tab. 72, n. 6. Litta, l. c. n. 2. Rud. 110.

*2. Adv. Effigies. Inscr. prioris. Post literam B in hoc et sequenti numo litera R sequitur.

Av. Pallas cui lynx et ulula adstant. Inscr. Caesia Pallas.

Num. 1²/₃ pollic. aeneum. Mazz. l. c. n. 7. Litta, l. c. n. 1. Rud. 111.

*3. Adv. eadem ac prioris.

Av. eadem ac prioris, absente lynce.

Num. 13/12 pollic. aeneum. Litta, l. c. n. 3. Rud. 112.

XLII. LUDOVICUS SEPTALIUS, s. Settala, natus Mediolani d. 27. Febr. 1552, denatus d. 12. Septbr. 1633, medicus celeberrimus.

Adv. Effigies. Inscr. Ludovicus Septalius Regius Archiater Stat. Mediol.

Av. Sol, lunae imminens, quorum radii in vas plenum aquae incidunt. Inscr. Ante Oculos, Interque Manus.

Num. descriptum in Museo Septaliano p. 236, n. 78. Rud. 609.

XLIII. SANCTORIUS SANTORIUS, natus an. 1561, denatus d. 24. Febr. 1636; professor medicinae practicae Patavinus, de transpiratione cutanea experimenta publici juris fecit.

Adv. Effigies. Inscr. Sanctorius Sanctor. In Gymn. Pat. Primar. Prof. Aet. Suae. An. 74. Obiit 1636.

Av. Libra, in cujus altera lance pondera, in altera homo nudus. Inscr. Ponderibus Librata Salus. Exerg. Cl. Viro Consanguin. Suo Sanctorius Sanctor. Decemvirum Venet. A Secret. Cudi F. An. 1765.

Num. 3 pollic. fusum vidi in museo regio Berolin.

XLIV. Galileus de Galileis, Pisis natus d. 18. Fébr. 1564, denatus d. 8. Jan. 1642; mathematicorum et physicorum heros celeberrimus, Archimedes Italorum dictus.

*1. Adv. Effigies, infra quam: A. S(elvi). Inscr. Galileus. Galileus. Galilei. Patr. Flor. Mathem. Celeb.

Av. Emblemata ad viri cel. inventa astronomica spectantia.

Num. 3¹/₄ pollic. aencum, Cosmi II jussu factum. Mazz. II, p. 29, tab. 107, n. 1. Rud. 242.

 - Av. Né A Etampes 15 Avril 1772 Auteur De La Philo-

- sophie Anatomique. Fondateur De La Ménagerie An 2—1793.
- Num. 111/12 pollic. aeneum. Depict. ap. Kluyskens I, 350.
- CLXXXII. STEPHANUS PARISET, natus d. 5. Aug. 1770, denatus mens. Jul. 1847; medicus Parisiensis, qui Barcinonam febre flava infestatam adiit, quo hanc pestem notiorem sibi redderet.
 - *1. Adv. Effigies, sub qua: L. Dubour F. Inscr. Etienne Pariset.
 - Av. Inscr. areae: Ire. Obviam. Cadentibus. Miseris. Aegris. Inscr. marg.: Cadix. 1819. Barcelone. 1821.
 - Num. 11/2 pollic. aeneum. Rud. 500.
 - 2. Adv. Effigies, infra quam: Gayrard F. Inscr. Etienne Pariset.
 - Av. Corona quercina, in qua baculus Aesculapii cum inscr.:
 A Etienne Pariset Ses Amis.
 - Num. 11/4 pollic. describitur apud Kluyskens.
- CLXXXIII. Andreas Maria Constans Dumeril, natus Cambianis d. 1. Jan. 1774; anatomicus, praesertim de anatomia comparata meritus, medicus praeticus Parisiensis.
 - Adv. Effigies a sinistra, sub qua: David 1828. Inscr. A. M. C. Dumeril.
 - Toreuma 5 pollic. seneum fusum in numophyl. regio Berolin. vidi.
- CLXXXIV. Ludovicus Josephus Gay-Lussac, natus S^{ti} Leonhardi d. 6. Decb. 1778, denatus Parisiis d. 9. Maj. 1850; celeberrimis physicis et chemicis nostri aevi adnumerandus.
 - *Adv. Effigies, infra quam: A. Bovy. Inscr. Louis Joseph Gay-Lussac.
 - Av. In corona quercina verba: Né A St. Léonard (H. V.) 1778. Recherches Physico-Chimiques. Loi Des Volumes, Densités Théoriques Des Vapeurs, Etude De L'Iode, Découverte Du Cyanogène, Chlorométrie, Alcalimétrie, Essais D'Argent. Mort à Paris 1850.
 - Num. 110/12 pollic. aeneum.
- CLXXXV. Franciscus Dominicus Arago, natus d. 26. Febr.

- 1786, denatus d. 2. Octob. 1853; physicus, mathematicus, astronomus eximius, Galliae decus.
- *Adv. Effigies, sub qua: A. Bovy. Inscr. François Arago.
- Av. In corona laurina inscr.: A Arago Les Auditeurs De Son Cours D'Astronomie. 1843.
- Num. 2¹/₂ pollic. aeneum egregium, depict. in: Illustration, Paris 1845, p. 329. Descript. in: Koehne Zeitschr. 1845, p. 113.
- CLXXXVI. S. G. L. CHEVALIER, cujus merita numus enumerat, opticus Mosquae degens.
 - Adv. Caes. Mosq. Soc. Nat. Scrut. V. Cl. S. G. L. Chevalier Microscopii Pancratici Artifici Docto Sollerti. 1840.
 - Av. Genius alatus, supra cujus verticem flammula, dextra duas coronas tenens brachio sinistro in columna nititur, pone quam globus, perspicillum et libri. Exerg. R. Sizorski (typis rossicis).
 - Num. 21/4 pollic. Koehne Zeitschr. 1845, p. 369, n. 2.
- CLXXXVII. MATTHAEUS JOSEPHUS BONAVENTURA ORFILA, natus in Portu Magonis in Balearium insula minori d. 24. Apr. 1787, denatus Parisiis d. 12. Mart. 1853; Parisiis medicinam sic dictam legalem docuit, quam egregio de venenis libro auxit.
 - 1. Adv. Bustum, ante quod literis incisis: Orfila. Infra: David. 1826.
 - Toreuma ovale, 3³/₄ pollic. longum, 3¹/₆ pollic. latum. Rud. p. 175, n. 491 b.
 - 2. Adv. Effigies, sub qua: E. Farochon F. Inscr. M. J. B. Orfila Président Fondateur Et Bienfaiteur
 - Av. In area: Je Mets Au Premier Rang Des Choses Utiles Qu' Il M' A Été Donné De Faire La Fondation De L'Association ... Perigr. Association Des Médecins De La Seine, Fondée En 1833 Décrétée D'Utilité Publique En 1851.
 - Num. 11/12 pollic., descript. apud Kluyskens II, p. 269.
- CLXXXVIII. C. Sebastianus Des Guidi, medicus Lugdunensis, de quo nihil comperi, nisi quod numisma egregium indicat.
 - *Adv. Effigies, sub qua: Pillart F. Inscr. Mire Sanati Gratitudinis Memores. Infra: Similia Similibus. Lugd. 1835.

- Av. In corona laurina serpente circumvoluta inscr.: L'An 1830 L'Homoeopathie A Été Introduite A Lyon Et Propagée En France Par Le Docteur C. Sebastien Des Guidi. Num. 2 pollic. aeneum.
- CLXXXIX. J. A. A. LEGAY, medicus militaris Galline.
 - *Adv. A Mr J. A. A. Legay Chirur^a Major Du 41° De Ligne. En Témoignage De Son Dévouement. — Choléra. 1849. Epigr. Ministère De L'Agriculture Et Du Commerce.
 - Av. Bustum libertatis, sub quo: Borrel. Inscr. République Française.
 - Num. 7/12 pollic. aeneum.
- CXC. JOHANNES BAPTISTA BOUSQUET, doctor medicinae oreatus Montispessulae an. 1815, membrum academiae medicae Parisiensis.
 - *Adv. Effigies, sub qua literis incisis: Barre. 1829. Inscr. In Bio Bousquet De L'Acado Royo De Médeco.

 Toreuma unilaterale 41/2 pollic. aeneum fusum.
- CXCI. Franciscus Vinoentius Raspail, natus Carpentoractes d. 29. Jan. 1794, chemicus et botanicus, nimis motibus politicis vacans.
- *1. Adv. Effigies a facie, pone quam galerus libertatis et manus junctae, infra: Raspail Représentant Du Peuple De Paris Prisonnier Au Donjon De Vincennes 1848. Inscr. Calomnié Par Les Aristos Persécuté Des Républicains Du National.
 - Av. Inscr. 12 linearum: Citoyens Peuple. Raspail. 1848. Perigr. Au Nom De La République Une Et Indivisible Devant Le Peuple Assemblé. La Séance Du 14 Mai 1848 Est Ouverte. Infra: Pétition En Faveur De La Pologne.
 - Num. 13/4 pollic. plumbeum valde rude.
- *2. Adv. Effigies. Inscr. François Raspail. Né En 1794.
 - Av. Élu Représentant Du Peuple Le 21.7bre 1848. Détenu Au Fort De Vincennes. Inscr. Président Du Club Montesquieu.
 - Num. pollic. aeneum.
- *3. Adv. Effigies, infra quam: B. C. Inscr. Fools Vocat Raspail,

Av. Né A Carpentras En 1794. Élu Représentant Du Peuple 1848.

Num. pollic. aencum deauratum.

CXCII. CAROLUS ALBERT, medicus practicus coaevus.

Adv. Effigies. Inser. Ch. Albert Docteur.

Av. Corona laurina verba includens: Médecine. Botanique. Chimic. Inscr. Récompense Nationale.

Num. 7/12 pollic. describitur apud Kluyskens, I, p. 6.

CXCIII. Johannes Baptista Boulliaud, natus Garatii d. 16. Septb. 1796; medicus practicus et membrum academiae Parisiensis.

Adv. Effigies, sub qua: Caqué F. Inscr. J. Bouillaud Né A Garat 16 Septembre 1796.

Av. In area: Au Chef De La Médecine Exacte. Aôut 1838. Num. 1¹/₂ pollic. describitur et depingitur apud Kluyskens, I, p. 145.

CXCIV. FERAT, medicus practicus gallicus.

Adv. In corona quercina et laurina verba: Au Docteur Ferat La Ville De Bourbonne. Exerg. A. Caqué F.

Av. Epidémie Du Choléra. 1832.

Num. 16/12 pollic. apud Kluyskens describitur.

- CXCV. EUGENIUS SUE, e gente medica, ipse medicus in classi gallica, sed mox fabularum auctor maximeque rebus politicis vacans.
 - *1. Adv. Effigies, sub qua: Hart. Janv. 1845. Inscr. Les Libéraux Belges A Eugène Sue.
 - Av. Penna et fulmen decussatim positae. In area: Bulle De Clément XIV. 1773. Edit De Louis XV. 1764. Edit De Marie Thérèse. 1773. Le Juif Errant. 1844. Inscr. La Plume Foudroie L'Hydre Qui Brava Rome Et Les Rois. Num. 2 pollic. aeneum.
- *2. Adv. Effigies, sub qua: E. Rogat 1850. Inscr. Eugen Sue Auteur Des Mystères Du Peuple.
 - Av. Elu Représentant Du Peuple (Seine). Inscr. Suffrage Universel 28 Avril 1850.

Num. pollic. aeneum.

Jectoni facultatis medicae Parisiensis.

- CXCVI. Philippus Hardouin, medicus Parisiensis, facultatis medicae decanus anno 1638, cujus jectonus primum occupat locum in collectione imperiali. Kluyskens, II, 11.
- CXCVII. Simon Bazin, medicus Parisiensis, cujus Hallerus (biblioth. med. pract. II) plures memorat dissertationes. Adv. Insignia viri, cum inscr.
 - Av. Insignia facultatis. Inscr. Urbi. Et. Orbi. Salus. Exerg. Facul. Medic. Paris. 1638.
 - Num. pollic. descript. apud Wellenheim, II, n. 13184.
- CXCVIII. GUILELMUS DUVAL, natus Pontisarae an. 1570, denatus d. 20. Septb. 1646. In fine decanatus jectonos argenteos distribuit.
 - Adv. Insignia decani. Inscr. M. Guillelmo. Du. Val. Decano. Exerg. 1641.
 - Av. Insignia facultatis. Inscr. Urbi Et Orbi Salus. Exerg. Facul. Medic. Paris. 1638.
 - Num. pollic. ap. Kluyskens, I, 277 describ.
- CXCIX. MICHAEL DE LA VIGNE, natus Vernionii in Sequana an. 1588, denatus d. 13. Jun. 1648; archiater Ludovici XIII.
 - Adv. Insignia viri, cum inscr.: Coeli Et Pacis Amore. Inscr. M. Michaeli, De. La. Vigne. Decano. Exerg. 1644.
 - Av. Insignia facultatis. Inscr. Urbi Et Orbi Salus. Exerg. Facul. Medic. Paris. 1643.
 - Num. pollic. a Kluyskens I, 240 describitur.
- CC. JOHANNES MERLET, decanus facultatis medicae Parisiensis, cujus jectonus, annum 1646 monstrans, apud Kluyskens memoratur.
- CCI. Jacobus Perreault, decanus facultatis medicae Parisiensis, cujus jectonus in adversa inscriptionem habet: Du. Doyenné. De. Me Jacques Perrault, in aversa annum 1648. Kluyskens, II, 307.
- CCII. JOHANNES PIETRE, decanus facultatis medicae Parisinae, cujus jectonus inscriptione u annorum 1648—49 habet. Kluyskens, II, 314.
- CCIII. Guido Patinus, natus d. 31. Aug. 1601, denatus d. 30. Aug. 1672; medicis doctissimis adnumerandus, antimonii

- et medicorum id propinantium summus adversarius, scriptor acris et jucundus.
- Adv. Effigies. Inscr. M. Guy Patin. Doyen. 1652. Exerg. Felix Qui Potuit.
 - Av. Insignia facultatis. Inscr. Urbi Et Orbi Salus. Exerg. Facul. Med. 1648.
 - Num. pollic. Moehs. Meds. I, p. 377. Thott, II, p. 176, n. 1542. In catalogo Thottiano, n. 1541. jectonus cum exergi anno 1646 enumeratur. Rud. 504.
- *2. Adv. prioris.
 - Av. Insignia facultatis. Inscr. Urbi. Et. Orbi. Salus. Exerg. Facul. Medic. Paris. 1652.
 - Num. pollic., cujus duo specimina mihi sunt, aeneum et argenteum, quae ex diversis pistillis et aversae et adversae cusa sunt. Rothscholtz, p. 235, n. 113. Koehler, XIII, 337. Rud. £05.
- CCIV. Paulus Courtois, decanus facultatis medicae Parisiensis, annis 1652 et 1653.
 - Adv. Insignia viri. Inscr. Paulo Courtois Decano. Exerg. 1654.
 - Av. Insignia facultatis. Exerg. Facult. Medic. Paris. 1652. Num. pollic. indicat Kluyskens, I, 229.
- CCV. JOHANNES DE BOURGES, decanus facultatis medicae Parisiensis, denatus an. 1661.
 - Adv. Insignia viri. Inscr. M. Joanne. De. Bourges. Decano. 1656.
 - Av. Insignia facultatis. Inscr. Urbi Et Orbi Salus. Exerg. Facul. Medic. Paris. 1652.
 - Num. pollic. apud Kluyskens, I, 148. describitur.
- CCVI. ROLANDUS MERLET, facultatis medicae Parisinae decanus, cujus jectonus in adversa annum 1658, in aversa 1652 habet. Apud Kluyskens, II, 212. memoratur.
- CCVII. Franciscus Blondel, doctor creatus an. 1632, decanus facultatis medicae electus an. 1658, iterum 1659 mense Novembr., mortuus d. 5. Sept. 1682.
 - *Adv. Insignia viri cum symbolo: Crescit In Adversis Virtus.
 Inser. M. Francisco Blondel Decano 1660.

Av. Insignia facultatis. Inser. Urbi. Et. Orbi. Exerg. Facul. Medic. Paris. 1660.

Num. pollic. aeneum. Rud. 77.

- CCVIII. P. Morisser, medicus Parisiensis, de quo nil notum nisi dissertationes quaedam ab Hallero in biblioth. med. pract. relatae.
 - *Adv. Aesculapius veste romana indutus. Inscr. In Arduis Prudentia. Exerg. M. P. Morisset. Dec. 1662.
 - Av. Insignia facultatis. Inscr. Urbi Et Orbi Salus. Exerg. Facul. Medic. Paris. 1652.

Num. pollic. aeneum.

- CCIX. Antonius Morand, medicus Parisiensis, denatus d. 12. Aug. 1682.
 - 1. Adv. Effigies, Inscr. M. Antonius Morand Decanus. Av. Insignia facultatis. Exerg. Facul. Med. Paris, 1664.

Num. pollic. Moehs. Meds. I, p. 376. Wellenh. n. 14328. Rud. 463.

*2. Adv. Insignia viri. Inscr. M. Antonius Morand Decanus. 1664.

Av. prioris.

Num. pollic. argenteum.

- CCX. Franciscus Le Vignon, medicus Parisiensis, denatus d. 2. Aug. 1675.
 - Adv. Effigies. Inscr. M. Fr. Le Vignon Con' D' Est (état). Et Doien.
 - Av. Manus e nubibus porrecta serpentes constringens. Inscr. Contero Monstra. Exerg. 1666.
 - 'Num. pollic. Moehs. Meds. I, p. 385. Rud. 675. Alterius jectonis ejusdem medici Moehs. l. c. 395 mentionem facit, cujus aversa facultatis insignia cum anno 1666 sistit.
- CCXI. JOHANNES ARMANDUS DE MAUVILLAIN, medicus Parisiensis gratus, quem nihilominus celeberrimus poeta comicus Molière in comoediis ludibrio exposuit. cfr. Eloy, III, 198.
 - *Adv. Effigies, infra quam: 1668. Du Four. Inscr. Joan. Arm. De Mauvillain Doyen.
 - Av. Polyphemus ab Ulysse victus. Inscr. Vero Lumine

Coecat. (Allusio ad Fr. Blondel, decanum, luscum, quem in lite vicit.)

Num. pollic. argenteum. Mochs. Meds. I, p. 385. Rud. 437.

CCXII. JOHANNES GARBE, decanus facultatis medicae Parisiensis.

Adv. Insignia viri. Inscr. M. Joan. Garbe. Decano.

Exerg. 1670.

Av. Sol et sidera. Inscr. Luminis. Aemulus. Ardor. Exerg. Facul, Medic. Paris.

Num. pollic. apud Kluyskens, I, 341 describitur.

CCXIII. JOHANNES BAPTISTA MOREAU, medicus Parisiensis, denatus d. 27. Sept. 1693.

Adv. Effigies, infra quam: G. H. 1674. Inscr. Jo. Bapt. Moreau M. Et Pr. R. Decano.

Av. Insignia facultatis. Inscr. Urbi Et Orbi.

Num. pollic. Moehs. Meds. I, p. 385. Rud. 465.

CCXIV. Antonius Johannes Morand, filius, secundum Moehsenium defunctus d. 17. Octb. 1682, eodem quo pater anno-

*Adv. Effigies, infra quam: 1676. Inscr. Anto. Joannes. Morand. Decanus.

Av. Insignia facultatis. Inscr. Urbi Et Orbi. Exerg. Facul. Medic. Paris. 1676.

Num. pollic. aeneum. Moehs. Meds. 1, p. 385. Rud. 464.

CCXV. Antonius LE Moine, medicus Parisiensis, denatus an. 1714.

*Adv. Effigies, infra quam: A. F. Inscr. Antonius Le Moine. Decanus.

Av. Insignia facultatis. Inser. Urbi Et Orbi. Exerg. Facul. Medic. Paris. 1678.

Num. pollic. aeneum. Moehs. Meds. I, p. 393. Rud. 453.

CCXVI. CLAUDIUS QUARTIER, medicus Parisiensis, quem nullus biographorum memorat, decanus an. 1680.

Adv. Effigies, cum inscriptione. 1680.

Av. Insignia facultatis. Inscr. Urbi Et Orbi.

Num. pollic. Wellenh. II, 2, n. 14568.

CCXVII. NICOLAUS LIENARD, quem biographi tacent, cujus autem plures dissertationes Hallerus in biblioth. med. pract. vol. III. enumerat. Decanus erat an. 1682, denatus d. 1. Febr. 1697. cfr. Eloy, III, 198. sub voce Mauvillain.

- *Adv. Insignia viri. Inscr. M. Nic. Lienard. Decano. Exerg. 1682.
- Av. Insignia facultatis. Inscr. Urbi Et Orbi. Exerg. Facul. Medic. Paris.

Num. pollic. argenteum.

- CCXVIII. BERTIN DIEUXIVOYE, medicus felicissimus et decanus facultatis. Portal dissertationem ab eo defensam citat; anno 1659 archiater regius.
 - 1. Adv. Effigies, sub qua: R(oussel). 1684. Inscr. Bertino Dieuxivoye Decano.
 - Av. Aquila pullum alterum rostro, alterum unguibus gestans, solem adspiciens. Inser. Divitiis Animosa Suis. Exerg. Facul. Medic. Paris. I Examen.

Num. pollic. Rud. 65.

- 2. Adv. Effigies cum inscriptione.
 - Av. Insignia facultatis. Inscr. Urbi Et Orbi. Exerg. Inscr. duarum linearum.

Num. pollic. Wellenh. II, 2, n. 13562.

- CCXIX. CLAUDIUS PUYLON, ut ex numismate patere videtur, poēta, medicus et chirurgus qui omnibus biographis latet.
 - Adv. Effigies. Inscr. M. Claudius Puylon. Decanus.
 - Av. Hercules Musagetes. Inscr. Lingua Dextraque Pollens. Exerg. 1686.

Num. pollic. Rud. 534.

CCXX. PETRUS LEGIER, medicus Parisiensis et facultatis medicae decanus, ceteroquin ignotus, exceptis pluribus dissertationibus ab Hallero in biblioth. anatom. I. et in biblioth. med. pract. II et III. variis locis relatis.

Adv. Insignia viri cum inscript.

Av. Insignia facultatis. Inscr. Urbi Et Orbi. Exerg. Facul. Medic. Paris. 1690.

Num. pollic. Wellenh. II, 2, n. 14089.

- CCXXI. CLAUDIUS BERGER, bis decanus facultatis, cujus rei duo jectoni testes existunt, quorum alter insignia viri cum anno 1694, alter effigiem Fagonis cum anno 1695 dat. Kluyskens, I, 103.
- CCXXII. JOHANNES BOUDIN, archiater regius, denatus an. 1727

- Adv. Effigies. Inscr. M. Joan. Boudin Facult. Med. Decanus Annis 1696 et 1698.
- Av. Chiron Aesculapium et fornacem chemicum ducit. Inscr. Servat. Et. Docet. Exerg. Facultas Med. Paris. Anno 1700. Num. pollic. Moehs. Meds. I, p. 393 et 407. Rud. 91.
- CCXXIII. Dominicus Farcy, decanus facultatis medicae Parisinae annis 1700—1, cujus jectonus cum anno 1701 in bibliotheca imperiali Paris. asservatur.
- CCXXIV. GUIDO CRESCENTIUS FAGON, natus d. 11. Maj. 1638, denatus d. 11. Mart. 1718; vir gratiosus, professor Parisiensis chemiae et botanices, archister regius, de medicina et historia naturali meritissimus.
 - 1. Adv. Effigies. Inscr. Guido Cr. Fagon Regi A S(anctioribus). C(onsiliis). Archist. Comes.
 - Av. Flores tres (violae tricolores, gallice la pensée, audientes, a botanico certe non sculptae). Inscr. Plus Penser Que Dire.

Num. pollic. Rud. 207.

- 2. Adv. prioris.
 - Av. Alvearium et apes. Inscr. Sic Nos Servavit Apollo. Exerg. Facul. Medic. Paris. 1695.
 - Num. pollic., quod Claudius Bergerus in secundo decanatu fieri fecit, describit Kluyskens, I, 294.
- 3. Adv. Effigies. Inscr. Scholae tutela praesens.
- Av. Insignia facultatis. Inscr. M. Fr. Vernage Paris. Fac. Med. Decano. Exerg. Praesed. Ord. M. Guid. Cresc. Fagon. Archist. Com. Ult. Mai. 1703.
 - Num. pollic. a Moehsenio, Meds. I, p. 401 delineatum, p. 425 descriptum, qui effigiem hujus numi non Vernagii, sed Fagonis esse demonstrat, quam opinionem praecedentes numi probant. Rothscholtz, p. 232, n. 98. Rud. 208.
- CCXXV. Franciscus Vernage, medicus Parisiensis, an. 1702—1704 facultatis Parisiensis decanus. Gratitudine erga. D. Fagon commotus non suam sed Fagonis effigiem et inscriptionem ad hunc referendam in jectonum suum sisti curavit. efr. Eloy, IV, 510. Rud. 208.
- CCXXVI. FRANCISCUS DE ST. YOON, decanus facultatis annis

- 1704 et 1705, cujus jectonus in numotheca bibliothecae imperialis Parisiis asservatur secundum Kluyskens, II. 625.
- CCXXVII. LUDOVICUS POIRIER, natus Ricoloci Pictonum, doctor creatus d. 29. Decb. 1676, decanus facultatis annis 1706—7; archiater Ludovici XV, mortuus d. 30. Mart. 1718. Ejus jectonus asservatur in biblioth. Parisina secundum Kluyskens, II, 316.
- CCXXVIII. LUDOVICUS HENRICUS ROUVIERE, pharmacopola Parisiensis seculi decimi septimi ignotus, cujus iter gallicum Hallerus, biblioth. botan. II, 115 laudat; juvenili aetate mortuus.
 - *Adv. Serpens iracundus super basin quadrangularem jacens, cui affixa insignia. Inscr. Terret Sed Sanat. Hypogr. Lud. Henric. Rouvière Pharmacop. Paris. 1706.
 - Av. Hygiea sedens, serpenti arae circumvoluto pateram offert. Inscr. Salus Publica. Exerg. H(enri). R(oussel). F.
 - Num. 11/12 pollic. aeneum, quod revera huc non pertinet.
- CCXXIX. FRANCISCUS AFFORTY, decanus facultatis anno 1708, cujus jectonus in numotheca bibliothecae imperial. Parisinae asservatur, secundum Kluyskens, I, 6.
- CCXXX. Philippus Doute, decanus facultatis annis 1710—11, cujus jectonus in biblioth. imperiali Paris. asservatur secundum Kluyskens, I, 260.
- CCXXXI. PHILIPPUS HECQUET, natus d. 11. Febr. 1661, denatus d. 11. Apr. 1737. Vitam austeram degit, austerus opinionum suarum defensor, vir ceteroquin bonus, religiosus, terrestria non curans. Anno 1713 facultatis medicae decanus fuit, et aliquot annos fuisse videtur.
- *1. Adv. Effigies, sub qua: N(ic). R(oussel). Inscr. Ph. Hecquet Abbav(illensis). M(edicorum). P(aris.). De(canus).
 - Av. Anguis montem irrepens templum in hujus cacumine situm petiturus. Inscr. Monstrat Iter. Exerg. 1714.
 - Num. 11/2 pollic. aeneum. Rothsch. p. 233, n. 102. Rud. 299.
- *2. Adv. Insignia facultatis. Inscr. Urbi et Orbi. Exerg. M. Ph. Hecquet Abbav. Facul. Med. Paris. Dec. 1713.
 - Av. prioris imago, sed aliter disposita, et absque exergo. Inscr. Monstrat Iter.

Num. $1^{1}/_{12}$ pollic. aeneum.

- CCXXXII. JOHANNES BAPTISTA DOYE, medicus Parisiensk cujus dissertationes aliquot Hallerus in biblioth. med pract. enumerat.
- *1. Adv. Effigies, infra quant: N(ic.) R(oussel). Inscr. M. J. B. Doye Fac. Med. Paris. Decanus.
 - Av. Jupiter facultatis Parisiensis clypeum sinistra tenens dextrae fulguribus Gigantes prosternens. Inscr. Clarus Giganteo Triumpho. Exerg. An. 1715 Et 1716.

Num. 11/6 pollic. orichalceum. Rud. 167.

- *2. Adv. Literae J. B. D. multifarie inter se implexae. Inscr. Joan. Bapt. Doyc. Decanus. Exerg. Annis 1715 Et 1716. Mavelot.
 - Av. Eadem representatio et inscriptio ac prioris, alius vero pistilli, et in exergo nomen "Mavelot" solum sistitur.
 - Num. 1 1/12 pollic. orichalceum. Tertium mihi est exemplar cum aversa n. 1., in cujus vero aversa alia ejusdem repraesentationis dispositio datur.
- CCXXXIII. AMANDUS DOUTÉ, medicus Parisiensis; cujus nisi in Halleri Biblioth. medic. pract. et in libro Portalis. histoire de l'anatomie, mentio non facta est. Natus Parisiis an. 1666, denatus mense Decembri anni 1721; decanus facultatis an. 1717 et 1718.
 - Adv. Effigies, sub qua: D. V. (Duvivier). Inscr. A. Douté Regi A Cons. S. B. D. Arch.
 - Av. Insignia viri. Exerg. F. M. P. Decanus An. 1717. 1718. Num. pollic. descriptum a Kluyskens, I, 264. Wellenh. II, 2, n. 13576.
 - 2. Adv. eadem ac prioris.
 - Av. Insignia facultatis, sub quibus D. V. (Duvivier).

Num. pollic. ap. Kluyskens l. c.

- CCXXXIV. Guido Erasmus Emmerez, Parisiensis, anno 1683 doctor creatus, facultatis medicae decanus an 1721 et 1722. Duas ejusdem theses lexicon medicum biographicum refert, neque id plura habet, neque Eloy, quo minus allusionem aversae explicare possimus.
 - *Adv. Effigies, sub qua: J. C. R(oettiers). Inscr. G. Er. Emmerez Decanus 1721 Et 1722.

Av. Mulier, pone quam facultatis insignia, dextra libram tenet, cujus altera lanx numero 16 inscripta deprimitur, dum altera 38 inscripta adscendit. Inscr. Pondere Non Numero. Exerg. Servata Statuta.

Num. pollic. aencum. Rud. 201.

- CCXXXV. PHILIBERTUS CARON, medicus Parisiensis, cujus plures dissertationes Hallerus memorat in biblioth. med. pract.
 - *Adv. Effigies, sub qua: J. C. R(oettiers). Inscr. Ph. Caron Decanus. 1724.
 - Av. Insignia facultatis. Inscr. Facul. Medic. Paris. Urbi Et Orbi.

Num. pollic. aeneum.

- CCXXXVI. NICOLAUS AUDRY, doctor regens facultatis medicae Parisiensis, cujus decanus anno 1724. Ejus jectonus in numotheca bibliothecae imperial. Parisiensis asservatur secundum Kluyskens, I, 18.
- CCXXXVII. STEPHANUS FRANCISCUS GEOFFROY, natus Parisiis d. 13. Febr. 1672, denatus d. 6. Jan. 1731, chemicus et botanicus sui temporis celeber.
 - 1. Adv. Effigies, infra quam: Du Vivier. Inser. Steph. Fr. Geoffroy Decanus.
 - Av. Insignia facultatis. 1728.

Num. pollic. Rud. 265.

- 2. Adv. Effigies, infra quam: D. V. Inser. Steph. Fr. Geoffroy. Iterum Decanus.
 - Av. Insignia facultatis. Inscr. Urbi Et Orbi Salus. Exerg. Facul. Medic. Parisiens. 1730.

Num. pollic. Rud. 266.

- CCXXXVIII. HYACINTHUS THEODORUS BARON, pater, natus Parisiis mense April. 1686, denatus d. 29. Jul. 1758; professor chirurgiae et materiae medicae et facult. decanus.
- *1. Adv. Effigies, sub qua: J. C. R(octtiers). Inscr. H. T. Baron F. M. P. Decanus. 1731. 32.
 - Av. Aesculapius sedens in librum digito monstrat; hinc clypeus facultatis, illinc gallus et baculus Aesculapii. Ad latus dextrum: J. C. R. Inscr. Dirigit Ut Prosit. Exerg. Pharmacopoea Parisiensis. 1732.

Num. 11/12 pollic. aeneum. Rud. 45.

- *2. Adv. Effigies. Inscr. H. T. Baron F. M. P. Iterum Decano. 1733. 34.
 - Av. Hinc sectio cadaveris, illinc operationes chirurgicae. Inscr. Majorum Sectantur Vestigia. Exerg. Baccal(aurei). Opera Anatom(ica). Et Chirurgica Exercentes. 1733.
 - Num. 1¹/₁₂ pollic. aeneum, ejusdem artificis ac praecedens. Rud. 46.
- CCXXXIX. MICHAEL LUDOVICUS RENEAUME, natus Blaesis circa annum 1675, denatus an. 1739; medicus et botanicus, cu-jus in honorem planta Renealmia dicta est.
 - *Adv. Effigies, infra quam: Du Vivier. Inscr. M. L. Reneaume Blaes. F. M. P. Decanus.
 - Av. Insignia facultatis. Inscr. Urbi Et Orbi Salus. Exerg. Facul. Medic. Paris. 1734. 1735. 1736.

Num. pollic. aeneum. Rud. 5.8.

- CCXL. LUDOVICUS CLAUDIUS BOURDELIN, natus Parisiis an. 1695, denatus d. 13. Sept. 1777; academiae scientiarum membrum.
 - *1. Adv. Effigies, sub qua: D. V. (Duvivier). Inscr. L. C. Bourdelin Paris. F. M. P. Decanus.
 - Av. Supremae Curiae Decreto Servatae Et Auctae Parisiens. Medicorum Ordini Annuae Pensiones. Exerg. 1736. 1737, 1738.

Num. pollic. aeneum. Rud. 94.

- 2. Adv. prioris.
 - Av. Insignia facultatis. Inscr. Urbi Et Orbi. Exerg. Facul. Medic. Par:s.

Num. pollic. in Wellenh. II, 2, n. 13300 describitur.

- CCXLI. Petrus Johannes Baptista Chomel, natus Parisiis d. 2. Sept. 1671, denatus ibidem d. 3. Jul. 1740; academiae scientiarum membrum, facultatis medicae decanus. Varia botanica et medica scripsit, in quorum titulo, ut et in jectonis insequentibus Petri nomen desideratur.
- *1. Adv. Effigies, sub qua: Du Vivier. Inscr. J. B. Chomel Paris. F. M. P. Decanus.
 - Av. Insignia facultatis. Inscr. Urbi et Orbi Salus. Exerg. Facul. Medic. Paris. 1738. 1739. 1740.

Num. pollic. aeneum. Rud. 135.

*2. Adv. prioris.

- Av. Insignia viri, infra quae: 1738. 1739. 1740. Num. pollic. argenteum. Rud. 136.
- CCXLII. URBANUS LEAULTÉ, facultatis medicae Parisiensis anno 1740 decanus, quem Eloy et lexicon med. biograph. tacent, cujus autem dissertationes aliquot diaetetici argumenti Hallerus in biblioth. botan. I, 229 et in biblioth. med. pract. III, 645 et IV, 9 refert.
 - Adv. Effigies, sub qua: Duvivier F. Inscr. Urb. Leaulté P(aris.). Ant(iquae). Sch(olae). Mag. F. M. D.
 - Av. Insigniafacultatis. Inscr. Urbi Et Orbi Salus. Exerg. 1740. Num. pollic. Rud. 385. Wellenh. II, 2, n. 140×6.
 - 2. Adv. Effigies. Inscr. J. B. Chomel Paris. F. M. P. Decanus. Exerg. 1738. 1739.
 - Av. Decan. 1738 Obiit 4 Julii 1740. Huic Unanimi Voce Suffectus Est Decanus Urbanus Leaulté Antiquior Scholae Magister.
 - Num. pollic. describit Kluyskens, II, 134.
- CCXLIII. ELIAS COL DE VILLARS, natus anno 1675, denatus d. 26. Jan. 1749 (secundum Eloy d. 26. Jun. 1747); chirurgiae professor Parisiensis, lexici medici auctor.
- *1. Adv. Effigies, infra quam: Du Vivier. Inscr. Elias Col de Villars. Inculism. F. M. P. Decanus.
 - Av. Insignia facultatis. Inscr. Urbi Et Orbi Salus. Exerg. 1741. 1742.
 - Num. pollic. aeneum. Rud. 676.
- 2. Adv. prioris.
 - Av. Amphitheatrum anatomicum Parisiense. Inscr. Ut Prosit Et Ornet. Exerg. Amphit. Medic. Paris. Reaedificatum 1741.
- Num. pollic. Rud. 677.
- CCXLIV. Guillelmus Josephus de L'Epine, Parisiensis, anno 1724 doctor creatus, decanus facultatis medicae anno 1744 et 1745.
 - *Adv. Effigies, infra quam: Du Vivier. Inscr. G. J. De L'Epinc. Parisin. Sal. Fac. P. Dec.
 - Av. Olim Dati Obstetricib. Prof. Restit. 17 Maii 1745. J. Ex. Bertin 18 Maii J. B. Astruc 14 Jun. Ejusd. A.

- Exerg. Bibliotheca Publici Juris Fácta Die Tov. 3 Mart. 1746. G. J. De L'Epine Deco-
- Num. pollic. argenteum. Rud. 202. Caelatum ectypon absque nomine artificis, ceteroquin simile vidi in Museo regio Berolin.
- CCXLV. JOHANNES BAPTISTA THOMAS MARTINENQ, quem Eloy et biographia medica tacent, cujus autem Hallerus in biblioth. anatom. et in chirurgica dissertationes refert.
 - Adv. Effigies, sub qua: D. V. (Duvivier). Inscr. J. B. T. Martinenq. Par. Med. Fac. Dec. Exerg. An Inde Felicior? 1746, 1747, 1748.
 - Av. Loco clypei serpentes duae contortae ciconias sole irradiatas circumdant. Epigr. Urbi Et Orbi. Hypogr. Facul. Medic. Paris.
 - Num. pollic. Rud. 428. Wellenh. II, 2, n. 14244.
- *2. Adv. eadem.
 - Av. Superne ciconia rostro ramulum tenens. Inscr. areae: Recognita Iter. Et Aucta Pharmac. Paris. — J. B. T. Martinenq Med. Fac. Decano. 1748. — Hace inscriptio signis circumdatur planetarum.
 - Num. pollic. argenteum. Wellenh. II, 2, n. 14245.
- 3. Adv. cadem.
 - Av. Insignia viri. Inscr. Praevisa Ferient Minus. Exerg.
 M. J. B. T. Martinenq. Paris. Iter. Decan. 1749—1750.
 - Num. pollic. Wellenh. II, 2, n. 14246. Kluyskens, II, 189.
- CCXLVI. HYACINTHUS THEODORUS BARON, filius, natus d. 12. Aug. 1707, denatus d. 27. Mart. 1787. De medicina militari et de historia facultatis medicae Parisiensis meritus, cujus decanus plures per annos electus.
- *1. Adv. Effigies, sub qua: D. V. (Duvivier). Inscr. Hy. Theod. Baron Decanus.
 - Av. Insignia facultatis. In s cr. Urbi Et Orbi Salus. Facult. Medic. Paris. 1754.
 - Num. pollic. aeneum. Rud. 47. Aliud mihi est specimen aeneum, nullo modo a descripto differens, nisi numero anni 1751 loco 1754 in aversa.
- *2. Adv. eadem.
 - Av. Sancitis Supremo Senatu Confirmatisque Facultatis Me-

dicinae Paris. Legibus. Exerg. H. T. Baron Decano 1751. Num. pollic. aeneum; sunt etiam specimina cum anno 1754.

- CCXLVII. JOHANNES BAPTISTA LUDOVICUS CHOMEL, filius, natus circa annum 1700, denatus d. 11. Apr. 1765. Varia de medicinae historia scripsit, ut et historiam plantarum edidit.
 - *Adv. Effigies, sub qua: J. D. V. (Duvivier). 1756. Inscr. J. B. L. Chomel Paris. F. M. P. Decanus.
 - Av. Insignia facultatis. Inscr. Urbi Et Orbi. Exerg. Facult. Medic. Paris. 1754, 1755, 1756.

Num. pollic. aeneum. Kluyskens, I, 200.

- CCXLVIII. JOHANNES BAPTISTA NICOLAUS BOYER, natus Massiliae d. 5. Aug. 1693, denatus Parisiis d. 2. Apr. 1768. Bene de epidemiis et epizootiis meruit.
 - *1. Adv. Effigies, sub qua: Du Vivier. Inscr. J. B. Boyer Reg. St. Mich. Ord. Equ. 1756.
 - Av. Templum gloriae, herbae, anguis. Inscr. Monstrat Iter. Num. pollic. argenteum. Rud. 97.
- *2. Adv. Effigies, sub qua: J. Du Viv. Inscr. J. B. Boyer Reg. St. Mich. Ord. Eq. F. M. P. Dec. 1756.
 - Av. Insignia viri. Exerg. Iterum Decan. 1758.

Num. pollic. aurichalceum. Rud. 98.

*3. A dv. praecedentis.

Av. eadem, sed loco inscriptionis et anni in exergo corona duoque sceptra decussatim pulvinari imposita.

Num. pollic. argenteum. Kluyskens, I, 151.

4. Adv. uti prioris.

Av. Insignia facultatis. Inscr. Urbi Et Orbi. 1756.

Num. pollic. Wellenh. II, 2, n. 13308.

- CCXLIX. J. LE THIEULLIER, cujus mentionem nullibi inveni, quum Lud. Joh. le Thieullier, quem biographia medica Parisiens. sistit, anno 1750 jam obierit, nostro primum 1760 decani munere fungente.
 - 1. Adv. Effigies cum inscript.
 - Av. Insignia facultatis. Inser. Urbi Et Orbi. Exerg. Facul. Medic. Paris.

Num. pollic. Wellenh. II, 2, n. 14910.

*2. Adv. Effigies, sub qua: B. Duvivier. Inscr. J. Le Thieullier Paris. F. M. P. Decan.

Av. Insignia facultatis. Inscr. Urbi Et Orbi Salus. Exerg. Fac. Medic. Par. 1760. 1761. 1762.

Num. pollic. aeneum. Wellenh. l. c. n. 14911.

CCL. JOHANNES JACOBUS BELLETESTE, quem neque Eloy, nec biograph. medica commemorant; medicus Parisiensis.

Adv. Effigies, cum inscript.

Av. Insignia facultatis. Inscr. Urbi Et Orbi Salus. Exerg. Iterato Decan. 1764. 65. 66.

Num. pollic. a Duvivier confectum. Wellenh. II, 2, n. 13203. Kluyskens, I, 99 tria specimina hujus jectoni in bibliotheca imperiali Parisina esse dicit, quorum unus cum anno 1762—63, alter cum annis 1762—63—64, tertius cum annis 1766, 1767.

CCLI. PETRUS BERCHER, medicus Parisiensis.

Adv. Effigies, cum inscript.

Av. Insignia facultatis. Exerg. Fac. Medic. Par. 1766. 1767. Num. pollic. Wellenh. II, 2, n. 13216.

- CCLII. LUDOVICUS PETRUS FELIX RENATŪS LE THIEULLIER, Parisiensis, 1752 doctor creatus, de facultate Parisiensi bene meritus, 1768 et 1769, iterumque 1772 decanus electus.
- *1. Adv. Effigies, sub qua: Roettiers Filius. Inscr. L. P. F. R. Le Thieullier Paris. F. M. P. Decanus.
 - Av. Viri insignia. Exerg. Sceptra academica decussatim pulvinari imposita. 1770. 1768. 1769.

Num. pollic. aurichalceum. Rud. 655.

*2. Adv. prioris.

- Av. Chemiae Curs. Institut. 1770. Inaugur. M. Aug. Roux 1771. Perigr. Electus 1768. Confirm. 1770. Iter. Elect. 1772.
- Num. pollic. aurichalceum. Rud. 656. Durante decanatu Thieullierii Augustus Roux cursum chemiae instituit, pro quo facultas Parisiensis celeberrimo viro gratiam hoc modo agere voluit.
- CCLIII. JACOBUS LUDOVICUS ALLEAUME, medicus Parisiensis et decanus facultatis medicae medio seculo decimo octavo.
- *1. Adv. Effigies, sub qua: B. Duviv. Inscr. Jac. Lud. Alleaume Paris. Fac. Med. P. Decan.

Av. Ganius nudus in dextra Aesculapii baculum tenens, stans inter delubra. Infra: D. V. Inscr. Tuto Donec Auguste. Exerg. Vet. Jur. Scholae Medicor. Refug. 1775.

Num. pollic. aurichalceum. Kluyskens, I, 12.

*2. Adv. prioris.

Av. Insignia viri. Exerg. 1774. 1775. Num. pollic. seneum. Kluvskens. l. c.

- CCLIV. JOHANNES CAROLUS DESESSARTZ, natus d. 26. Octob-1729, denatus Parisiis d. 13. Apr. 1811, felicissime artem medicam exercuit, simul professor materiae medicae Parisiensis.
- *1. Adv. Effigies, infra quam: B. Duviv. Inscr. Joan. Car. Desessartz Ling(onus). Fac. Med. P. Dec.
 - Av. Sectio Symphys. Oss. Pub. Lucina Nova. 1768 Invenit, Proposuit, 1777 Fecit Feliciter J. R. Sigault D. M. P. Juvit Alph. Le Roy D. M. P.

Num. pollice aurichalceum. Rud. 160. nonnisi adversam describit et numum rarissimum nuncupat.

2. Adv. prioris.

Av. Insignia coronata, sine inscript. Exerg. 1776. 1777. Num. pollic. Wellenh. II, 2, n. 13551.

- CCLV. THOMAS LE VACHER DE LA FEUTRIE, medicus Parisiensis, qui de rhachitide 1772 scripsit.
 - *Adv. Effigies, infra quam: B. Du Vivier. Inscr. Thom. Le Vacher De La Feutrie Ebroic. S. Fac. P. Dec.

Av. Insignia viri. Exerg. 1779. 1780.

Num. pollic. seneum. Rud. 668.

- CCLVI. JOSEPHUS PHILIP, quem auctores biographici et bibliographici tacent, medicus Parisiensis.
 - *Adv. Effigies, sub qua: Duvivier. Inscr. Jos. Philip Intervall. Glandat. Sal. Fac. P. Dec.
 - Av. Philippus medicus literas, quibus falso criminatus est, legens coram lecto Alexandri M., qui medicinam ab illo paratam ori admovet. Inscr. Ex Fide Fiducia. Exerg. 1780. 1781.
 - Num. pollic. aurichalceum. Rud. 512. Cel. Rudolphius alium commemorat facultatis jectonum, eo tantum a descripto diversum, quod exergon aversae praeter numeros 1780

- et 1781 inferne etiam numerum 82 contineat, qui serius pistillo additus videtur. Rud. 513.
- CCLVII. STEPHANUS POURFOUR DU PETIT, medicus Parisiensis, doctor creatus an. 1746.
 - *Adv. Effigies, sub qua: Du Viv. Inscr. St. Pourfour Du Petit Paris, Fac. Med. Par. Dec.
 - Av. Hygiea coram ara, sacra faciens. Inscr. Pro Rege Regno Et Universit. Paris. Exerg. Preces Fund(it). 1782. Num. pollic. argenteum. Rud. 510.
- CCLVIII. J. CAROLUS HENRICUS SALLIN, medicus Parisiens., et decanus facult. medic.
 - Adv. Effigies cum inscript. et nomine Duvivier.
 - Av. Insignia, Exerg. 1784, 1785.
 - Num. pollic. Wellenh. II, 2, n. 14689.
- CCLIX. EDMUNDUS CLAUDIUS BOURRU, natus d. 27. Mart. 1741, denatus d. 21. Septb. 1823; facultatis medicae doctor regens et bibliothecarius.
- *1. Adv. Effigies, sub qua: Du Viv. Inscr. Edm. Cl. Bourru Paris. Fac. Medic. Par. Decan.
 - Av. Mulier sedens (ad cujus pedes D. V.), alterius stantis fascesque tenentis manum arripiens. Inscr. Concordia Et Constantia Vincent. Exerg. 1786. 87.
 - Num. pollic. argenteum. Rud. 95.
- 2. Adv. prioris.
 - Av. Inscr. areae: Lectiones Public. Gall. Idiom. De Anatom. Et Chirur. In Scholis Medic. Par. Institutae Ex Liberalitate Cl. M. A. Petit 1787. Perigr. Edm. Cl. Bourru Paris. Sal. Fac. Par. Decano. 1787. 88.
 - Num. pollic. Rud. 96.
- *3. Adv. prioris.
 - Av. Hujus Filium A Sal. Fac. P. Ad Sac. Bapt. Fontes Oblatum Cl. Felic. Hippocratem M. Fr. Felicit. Cochu Schol. Penc Antiquior Nominavit Die 11 Sept. 1790. Exerg. It. El. 1788. Conf. 1789.
 - Num. pollic. stanneum.
- CCLX. JOSEPHUS IGNATIUS GUILLOTIN, natus Santis an. 1738, denatus d. 26. Maj. 1814; medicus egregius, humanissimus, machinae, quae suum fert nomen, non inventor,

quum jam seculo tertio decimo in usu fuisset, sed tunc temporis commendator.

- *1. Adv. Effigies, sub qua: D(roz). Inscr. Jos. Ign. Guillotin Santo Med. Par. Acad. Praeses. Infra: 1807-08.
 - Av. Hygica solis radios speculo colligens et globo, cui gallus adstat, reddens. Pone eandem: Droz F. Inscr. Colligit Ut Spargat. Exerg. Med. Academia Par. J. J. Guillotin Praes. 1809.
 - Num. pollic. aeneum. Suppl. hist. metall. Napol. tab. 71, n. 457. Rud. 288.
- *2. Adv. eadem.
 - Av. Statutis Acad. Soc. Med. Par. A Supr. Rer. Imp. Int. Administro Recognitis Denuoque Sancitis. 1812.

Num. pollic. aeneum. Suppl. l. c. n. 481. Rud. 290.

- *3. Adv. eadem.
 - Av. Sancitis A Supr. Rer. Imp. Int. Administro Confirmatisque Acad. Med. Par. A. 1804. Fundatae Legibus. Exerg. J. J. Guillotin Praes. 1807.

Num. pollic. argenteum.

- 4. Adv. diversa tantummodo a praecedentibus defectu literae
 D. et numeri 1807—8, mutatoque paullatim vestitu.
 - Av. Recognitis Denuoque Confirmatis Sancitis Academiae Med. Par. Statutis Atque In Statuta Commentariis J. J. Guillotin Praeside. 1809—10.

Num. pollic. argenteum. Suppl. l. c. n. 458. Rud. 289. CCLXI. Antonius Liber Baro de Portal; cfr. de vita n. CLXX.

- *1. Adv. Effigies, infra quam: 1809—10. Inscr. A. l'ortal Galliacensis Med. Par. Acad. Praeses.
 - Av. Insignia viri. Inscr. Servat Et Perficit.
 - Num. pollic. argenteum. Suppl. hist. metall. Nap. tab. 71, n. 456. Rud. 524.
- *2. Adv. prioris.
 - Av. Gallus, infra quem: Praeses Hon. Et Perp. Coetus Academ. Medic. Paris. Servat Et Perficit. Serpens ex patera bibens. 1818. Inscr. Regis Archiatrorum Comes. Num. pollic. aeneum. Rud. 525.

III. Germani et Helvetii.

- CCLXII. ADOLPHUS OCCO I, a patria Frisius vocatus, Osterhusae an. 1447 natus, denatus d. 3. Jul. 1503; vir de literis in Germania divulgandis meritissimus. cfr. Brucker.
 - Adv. Effigies. Inscr. Adolphus. Occo. Frisius. Medicus.
 - Av. Jacta Curam Tuam In Domino, Nam Illi Cura Est De Nobis.
 - Num. 2¹/₄ pollic. argenteum egregium, depictum in: Berlin. Biblioth. II, 1, 1748, Moehsenii cura, qui p. 95—104 de Occonum numismatibus egit. Rud. 486.
- CCLXIII. MARTINUS POLLICH, vulgo a Mellerstat vocatus ab urbe natali, medicinae, juris et theologiae doctor, primus rector universitatis Wittembergensis suo consilio inauguratae, in qua primum theologiam, dein medicinam docuit; denatus d. 27. Decb. 1513.
 - 1. Adv. Effigies. Inscr. M. P. J. U. D. (Mart. Pollich Jur. Utriusque Doctor) Actatis Suae 46.
 - Av. Insignia. Schlech Und Gerecht Behüte Mich. Num. parvum. Rud. 444.
- Adv. Ex Albo Monte Sapientia Mutuabitur Universo Orbis. Perigr. liter. incis. Inaug. d. 18 Oct. A. 1502. Rectore Martino Pollichio Mellerstadio.
 - Av. Academiae Wittembergensi CC Annos Florenti Sacrum. Anno Jubleo. 1702.
 - Num. pollic. a C. Wermuth cusum. Moehs. Meds. II, tab. 1, n. 3. Rud. 445.
- CCLXIV. Wenceslaus Beyer, s. Payer aut Bayer, ut olim talia nomina vario modo promiscue scribi solebant, in Bohemiae oppido Cubitu (Ellenbogen) circa annum 1488

- natus, primus de thermis Carolinis scripsit anno 1521; denatus an. 1526.
- *1. Adv. Effigies, capite nudo. Inscr. Wences. Beyer. Maedi(cus), Natioe Boemus Aetatis Sue 38.
 - Av. Hinc vir equo insidens exsultanti in voraginem, e quo fumus ascendit, se praecipitaturus; illinc liber, cui cranium impositum assibus circum circa sparsis. Inscr. Jam Portum Inveni, Spes Et Fortuna Valete. In area prope equitem: 1526.
 - Num. 2¹/₆ pollic. ectypon ferreum. Depictum apud de Carro, Carlsbad, ses eaux minérales etc. Carlsb. 1829. 8. Jos. Bergmann I, tab. 8, n. 32: Boehm. Med. n. 14. Rud. 71.
- *2. Adv. Effigies bireto, pallio digitique annulo ornata, a facie. Inscr. Wences. Beyer Maedi Natioe Boemus Actatis Sue 38.
 - Av. Feretrum cui sceleton impositum. Inscr. Cum Pariter Omnibus Moriendum, Non Tarde Sed Clare Mori Optandum. Infra quae verba literis incisis: 1526. 11 P (vel D).
 - Num. 2 pollic. ectypon ferreum. De Carro l. c. Bergmann l. c. n. 31. Boehm. Med. n. 15. Rud. 72.
- CCLXV. Albertus Duerer, natus Norimbergae d. 20. Maj. 1471, denatus ibidem d. 6. Apr. 1528; pictor sui temporis et patriae summus, qui de symmetria et proportionibus corporis humani bene scripsit, quo minus hic taceri potest. Juvenis capillo prolixo crispo, serioribus annis brevi transversim secto utebatur, quo effigierum in numismatibus diversitas explicatur, prout scilicet hoc illudve tempus admiserint.
- *1. Adv. Effigies a dextra, capillo brevi. Inscr. Imago Alberti Dureri Aetatis Suae 56.
 - Av. Insignia viri. Inscr. Inclita Virtus. 1527.
 - Num. fere 1½ pollic. plumbeum. Depictum apud Doppelmayr tab. 14, n. 3. v. Mieris II, p. 252, n. 2. Lochn. IV, p. 289. Mazz. tab. 41, n. 6 (qui tamen portam in clypeo, unde Dureri nomen, omisit). Descript. apud Imhof p. 719. Rud. 171.
- 2. Adv. prioris.
 - Av. Mirabilia Opera Tua Et Anima Mea Cognoscet Nimis. Ps. 138.

Num. fere 11/2 pollic. Mazz. I, tab. 42, n. 3. Rud. 172. *3. Adv. prioris.

- Av., Intra marginem palmatum: Be. Ma. Obdormivit. In. XPO, vi. Idus Aprilis M. D. XXVIII. VI. C. VI.
- Num. 1½ pollic. aeneum pulcherrimum. Multis modis omnibusque incertis literae obscurae inscriptionis explicantur a variis scriptoribus. Doppelmayr tab. 15, n. 5. v. Mieris II, p. 294, n. 1. Mazz. I, tab. 42, n. 1. Imhof p. 722, n. 31. Rud. 173.
- *4. Ad v. prioris.
 - Av. Margo laevis, inscriptio prioris, sed literis majoribus, indeque ultima syllaba verbi "Obdormivit" tertiam lineam intrat, cum in priori tota sit secundae lineae.
 - Num. 1½ pollic. aeneum priori simile, effigies autem paululum minor, ideoque etiam spatio inter effigiem et literas majori. Mazz. tab. 41, n. 5. Imhof p. 722, n. 30. Rud. 174.
- 5. Adv. prioris.
 - Av. Magnus Christophorus, cujus humero dextro puerulus Jesus dextra imperii globum tenens insidet, pinu sicca baculi loco utens maris vadum transit. Ad dextram balaena, ad sinistram eremita laternam gerens.
 - Num. fere 1½ pollic. ab Imhof describitur p. 723, n. 32. Rud. 175.
- Adv. Effigies, uti priorum, superne verbum: Imago; ad dextram crux, ad sinistram monogramma pictoris solitum et LVI; inferne 1528 incisum.
 - Num. unilaterale fere 1½ pollic., depictum apud Doppelmayr tab. 14, n. 4. Imhof p. 721, n. 28. Rud. 176.
- Adv. Effigies a dextra, capillo brevi, absque ulla inscriptione.
 Num. 1³/₄ pollic. unilaterale. Rud. 177.
- *8. Adv. Effigies a sinistra, valde elevata, capillo brevi, inscriptione nulla.
 - Num. 23/4 pollic. aeneum unilaterale, depictum apud Will I, p. 313. Rud. 178.
- 9. Adv. Effigies a dextra, valde elevata, capillo brevi, inscriptione nulla.
 - Num. 3 pollic. unilaterale. Imhof p. 723, n. 33. Rud. 179.

- 10. Numus consimilis, sed quartam pollicis partem minor, ibidem n. 34 habetur. Rud. 180.
- *11. Adv. Effigies a sinistra capillo prolixo. Inscr. Alberti Dureri Pictoris Germani Apellis Effigies (literis incisis).
 - Av. D. O. M. S. Alberti Possis Düreri Cernere Vultum Jani Bezoldi Dextera Docta Facit. Natus Norimb. 20.
 Mai. 1471. Ob. Ibid. 6. Apr. 1528. Aetatis 57. C(hrist.). H(oeflich). N(orimberg.).
 - Num. 2⁵/₆ pollic. argenteum rarissimum et pulcherrimum. Will I, p. 387. Bolzenthal tab. 21. Lengn. Merkw. 1791, p. 858. Imhof p. 719, n. 27. Rud. 181. Numi argentei area adversa aurata, aversae autem color niger inustus, literis argenteis paullulum elevatis.
- 12. Adv. Effigies a sinistra, capillo prolixo. Inser. Alberti Dureris Pictoris Germani Effigies.
 - Num. unilaterale 2¹/₂ pollic. descriptum apud Imhof p. 724, n. 35. Rud. 182.
- 13. Numus ejusdem et effigiei et magnitudinis, sed absque inscriptione. Imhof, l. c. n. 36. Rud. 183.
- *14. Adv. Effigies a sinistra, capillo prolixo. Inscr. Albertus Durer Pictorts Germanicus.
 - Num. unilaterale, 2¹/₁₂ pollic. acneum. Depictum apud v. Mieris II, p. 294, n. 2. Mazz. I, tab. 42, n. 5. Rud. 184.
- 15. Adv. Effigies consimilis. Inscr. Albertus Durerus Pic. Om. (Omnigenus secundum Imhofii explicationem.)
 - Num. unilaterale duos pollices excedens, descriptum apud Imhof p. 714, n. 38. Rud. 185.
- Adv. Effigies consimilis cum A. Dureri monogrammate.
 Num. 1³/₄ pollic. unilaterale. Will IV, p. 403. Imhof p. 725, n. 40. Rud. 186.
- *17. Uti praecedens, sed absque monogrammate. Imhof l. c. n. 39. Rud. 187. Ectypon aeneum mihi est.
- .18. Adv. Effigies consimilis. Inscr. Alberti Dureris Pictoris Germani Effigies. 1561.
 - Av. Honori Alberti Düreri Norimberg. Pictoris Celeberrimi.

 — Denatus Norimbergae 8 Idum Aprilis Ao. Dni. 1528.

 Num. 2³/₄ pollic. argenteum annulo aurato circumdatum,

- colore areae aversae nigro inusto describit Imhof p. 725, n. 42. Doppelmayr, tab. 14. Rud. 188.
- *19. Adv. Effigies eadem ac prioris. Inscr. Albertt Dureris Picoris (sic) Germani Effigies. 1561.
 - Num. 2³/₄ pollic. unilaterale aeneum. Imhof p. 724, n. 37. Will I, p. 315, n. 7. Depictum apud Doppelmayr, tab. 14, sed verbo "Dureris" in "Dureri" et "Picoris" in "Pictoris" mutato. Rud. 189.
- 20. Adv. Effigies a sinistra, capillo brevi, infra quam: Jachtmann F. 1820. Inser. Albrecht Dürer.
 - Num. 13/4 pollic. unilaterale. Rud. 190. Specimen, ut videtur, insequentis numismatis nondum perfecti.
- *21. Adv. prioris, verbis infra effigiem additis: Geb. d. 20 Mai 1471. Gest. d. 6 April 1528.
 - Av. Genius tabulam tenens inscriptam: Gedächtnissfeier. Infra: J. — Zu Berlin d. 18 April. 1828.
 - Num. idem ac prius, sed aversa auctum, aeneum. Rud. 191.
- *22. Adv. Effigies a dextra, capillo brevi. Infra: Neuss. Inscr-Albertus Durerus.
 - Av. Alb. Dureri Egregii Patriae Decoris Memoriam Ter Saecularem VIII Idus Aprilis 1828 Grata Recolit Germania. Nat. 13 Cal. Jun. 1471. Denat. 8 Id. Apr. 1528. Norimbergae.
 - Num. 1¹/₃ pollic. argenteum. Rud. 192.
- *23. Adv. Effigies duae. Inscr. H. Bilibaldi Birkeym (er). Alb. Dyrer. Infra: C. Kold.
 - Num. unilaterale transversim ovale, 12/3 altum pollices, 21/12 latum, argenteum, vario modo prostat. Doppelmayr tab. 15, n. 3 Pirkeym scribit; reliqui, Juncker, p. 181 cum icone, v. Mieris II, p. 252, fig. 1, Lochner IV, p. 417 Birkeym habent, uti Imhof p. 578, n. 4. Hicce interdum in dextro numi latere monogramma Dureri occurrere monet. Sub Dureri effigic apud Mieris literae CREII leguntur. Hausch. n. 71, ut et Lochner l. cautorem numi C. Kold habent, cujus nomen in meo specimine sub Dureri effigie occurrit. Rud. 193.
- *24. Adv. Effigies Alb. Dureri, capillo brevi. Inscr. literis incisis: Imago Alberti Dureri Aetatis Suae LVI.

- Av. Effigies. Inscr. literis incisis: Susanna Co. Pala. Rhe. Duciss. Bojo. zc. Anno 28 na(tivitatis).
- Num. 1⁶/₁₂ pollic. stanneum. Koehler XXI, p. 297. Imhof p. 721, n. 29. Hybridum esse non licet dubitare, cum Susanna anno 1530 annum 28 attigerit, Durerus vero 1528 obierit. Hausch. n. 1475 inter numos palatinos adversam cum genuina aversa describit. Rud. 194.
- *25. Adv. Effigies a sinistra, capillo prolixo. Inscr. Albertus

 Durer Pictor Germ.
 - Num. pollic. plumbeum unilaterale.
- *26. Adv. primi numi.
 - Av. Mulier globum manibus tenens ad mare properat, in quo plures naves, a multis mulieribus comitata. Pone eam stat quadrupes camelopardali similis sella instructa. Inscr. Reliquum Datura. Exerg. India.
 - Num. 1¹/₃ pollic. aeneum. Pariter ac numus 24. hybridus est, cum aversa ad numum pertineat ad Amstelodamum spectantem. cfr. de Vries et de Jonge I, tab. 6, n. 2.
- *27. Adv. Effigies a dextra, capillo prolixo. Inscr. Albrecht Dürer. Geb. 20 Mai 1471. Gest. 6 April 1528.
 - Av. Aquila Norimbergensis tabulam tenens inscriptam: Zu Seinem Gedächtniss VI April 1828. Nürnberg.
 - Num. 1% pollic. aeneum fusum ex protypo eburneo laudatissimi sculptoris Norimbergensis Dan. Burgschmied. Bolzenth. p. 315.
- *28. Adv. Effigies a dextra, capillo prolixo, sub qua: Stettner. Inscr. Albrecht Dürer.
 - Av. Insignia Norimbergensia. In scr. A. Dürers III Secularfest d. 6 April 1828.
 - Num. 11/4 pollic. plumbeum.
- *29. Adv. Effigies a sinistra, capillo prolixo. Inscr. Albrecht Dürer Geb. 20 Mai 1471. Gest. 6 April 1528.
 - Av. Cenotaphium Durero Norimbergae erectum. Inscr. Das Ihm Errichtete Monument In Seiner Vaterstadt. Exerg. Nürnb. 21 Mai 1840.
 - Num. 11/4 pollic. stanneum.
- *30. Adv. Effigies, infra quam: C. Voigt. Inscr. Ludwig I, Koenig von Baiern.

